

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Acta judiciorum inter F. Jacobum Hochstraten
inquisitorum Coloniensium et Johannem Reuchlin ...**


Hoogstraten, Jacobus


Hagenoau, 1518

[urn:nbn:de:bsz:31-270878](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270878)



42 A 1205 RH





10

Acta Iudiciorum inter

F. Iacobum Hochstraten Inquisito-
rem Coloniensium & Iohan-
nem Reuchlin, LL. Doc.
ex Registro publico,
autentico & sigil-

lato. *Empta vix. nimirum Esclmug*

per Jacobum Meffernum

Anno Dni M. C. LXXII

AD LECTOREM *M. C. LXXII*

Vtilis hic liber erit studentibus in iure canonico & civili in
quo uidebunt practicam in materia inquisitionis, citationis,
recusationis, appellationis, libelli accusatorii, libelli defensio-
nalis. Contumaciarum, sententiarum, executionis, inhibitionis,
mandati de superfedendo, & notæ Turpiliani.

X

LIBRARIUS

AD PROTOREM

LIBRARIUS

Landesbibliothek
Karlsruhe

70

Ado doli
na mensi
Habitat
am com p
& casum lo
gariatis do
pauitatem
em, conly
pna doctos
signa uer n
lymo, ut u
aloco resti
tionis exec
maioris, hor
prope nona
tione com
inmodi d
propter ser
cio tam lo
Procurator
die atq loco
to Petrus S
re ac debire
cobo Inqui

Libellu
logia
t

Ora
illu
sedis
illos Sp

Anno domini Millesimo Quingentesimo tredecimo. Die nona mensis septembris Inquisitor Colonienſis frater Iacobus Hochſtraten ordinis prædicatorum uolens iurisdictionem ſuam contra quendam libellum qui nominatur Oculare Speculum, & eius autorẽ Ioannem Reuchlin Phorcenſem .L.L. doctorem, origine Spirenſis diocæſis, ſed domicilio diuturno, atq; etiam tũc temporis exiſtenteſt Constantienſis diocæſis, in Moguntina prouincia exercere, conſyderans qđ in inquisitionibus erga ſeculares qualis eſt præfatus doctor Io. Reuchlin, ſeruandus eſt ordo iuris c. ad petitionẽ cũ glo. in uer. non ſeruati, & c. qualiter & quãdo lo. ii. extra de accuſa. primo, ut iudex delegatus, citauit eundem doctorem Stutgardie in loco reſidentie ſuæ, ut ad diem ſextũ proxime poſt cuiſmodi citationis executionem compareret Moguntie in ambitu eccleſie maioris, hora octaua ante meridiem, qui locus diſtat a Stutgardia prope nonaginta milliaria iuridica ſiue iuris, inferẽdo in eadẽ citatione commiſſionem ſui prouincialis cũ priuilegio ordinis, ad huiſmodi deſeruiẽte. Cũq; prædictus Reuchlin citatus, non poſſet propter ſenium & imbecillitatem ſuam in tam breui temporis ſpacio tam longum iter cõficere, miſit ſuum indubitatum & legitimũ Procuratorẽ cũ mandato de alterũ ſubſtituendo. Comparuit itaq; die atq; loco cõſtitutis, præfati doctoris Reuchlin nomine, atq; pro eo Petrus Staffel de Nurlingen legitimus procurator apud actariẽ ac debite ſubſtitutus, Igitur ſedente pro tribunali præfato fratre Iacobo Inquisitore productus eſt pro parte ſua libellus qui ſequitur.

Libellus accuſatorius fratris Iacobi de Hochſtraten theologiae doctoris, ordinis prædicatorum, Inquiſitoris, contra Oculare Speculũ Ioannis Reuchlin. L.L. doctoris corã ſe & Commiſſariis archiepi Moguntini productus, ut eſt in Registro actorum iudicii primæ instantie folio lxx.ii.

Coram nobis reuerend. uenerabilib⁹, & eximiis, reuerendiſ. & illuſtriſſimi ſacri imperii præcipis electoris ſacæ Moguntin. ſedis archiepiſulis in negotio inquisitionis huiſmodi contra libellos Speculũ Oculare Ioanni Reuchlin inſcriptos & impreſſos

A ii

per q̄ diocef. Moguntineñ. confistentes & difperfos in fituto. do-
minis Commiffariis, nos Iacobus de Hochstraten ordinis p̄dicato-
rum facræ theologiae humilis p̄feffor, ac apostolica autoritate he-
reticæ prauitatis Inquifitor, proteftationibus prioribus ac accepta-
tionibus fieri folitis & confuetis repetitis & hic pro insertis habitis
fine ftrepitu & figura iudicii, put in talibus decet. Velo leuato pro-
cedendo in modũ simplicis facti narrationis, damus facimus & ex-
hibemus infra fcripta, quæ ad probandum admitti petimus citra ta-
men onus fuperfluxæ probationis, quod fubire non intendimus, de
quo proteftamur per expreffum. In primis & ante omnia libellum
Speculum Oculare Ioannis Reuchlin in fcriptum, & illius cõtenta
una cum mandatis imperialibus & actis caufæ, quatenus tamẽ pro-
nobis & intentione noftra fundanda fecerint & non alias nec alio
modo, hic repetimus, inferim⁹ ac pro repetitis & insertis haberi uo-
lumus & intendimus ex quibus fic repetitis & insertis conftat luce
clarius nos uulgata fama præcedẽte & clamorofa inftinuatione fub
fequente, didiciffe, dictum libellum in iudaicæ perfidiæ fauorẽ & il-
lius excufationem nimis eſſe propenfum & fauorabilem, Hunc arti-
ticulum lucidius declarando repetimus euſdem libelli continenti
am, & præfertim particulam fic incipientẽ **Dann ich hab hie oben**
warhaftiglichẽ &c. folio. v. pagina prima defcripã. In qua ultra id
quod iudæos perfidos homines & impudentes canes dño crucifixo
euſq; deiferæ matri uirgini Mariæ immaculatæ blaſphemis iugi-
ter oblatrare non uerentes, chriſtiffidelibus eccleſiæ membris in ci-
uilitate comparando, perfuadere nititur. Execrabilem orationem
z quæ hebraica lingua incipit **Velammefchumadim**, contra chriſti
eccleſiam & illius membra non orare, pro incõuenienti aſſerens q̄
tam grauis & contumelioſus fermo cõtã iudæos imprimi permit-
tatur. Vnde tantũ contra eos odium apud eccleſiæ principes & he-
braicæ linguæ ignaros concitari poterit ut ne dum bonis uerũ &
corpore priuarentur & uita. Cum tamen uenerabilis doct̄or Paulus
Burgenfis epifcopus, omnes ad chriſti fidem cõuerſi iudæi eccleſiæ
doctores, & alii, oppoſitũ cõſtanter affirmet. Et p̄fatus etiã Ioannes
Reuchlin in epiftoſa ſua ad quendã militẽ Anno Millefimo quin-
gentefimo ſcripta & imprefſa contrariũ affirmet, Quam quidem &
illius contenta hic exhibemus & inferimus ac pro insertis & repeti-

tis haberi uolumus & habemus. Consimilibus in super fama & insi-
nuationē didicimus dictum libellum in christianos & christi ecclesi-
am irreuerentialē & nimis esse iniuriosum. Nouamq; iudæis in nos
christifideles insultandi materiam fouere amministrare pariter &
præbere. Hunc articulū latius declarando repetimus dicti libelli 3
particulam incipientē. Dann die wyl wir sie alle iar &c. fo. xv. pag.
prima annotatam, in qua munimine p̄tensi iuris astruere nititur iu-
dæos secundū tenorē iuriū dicere & scribere posse, dei ecclesiā quot
annis in sacra Parasceues die mentiri dum orādo dicit Oremus pro
perfiis iudæis &c. Memoratis pariter fama & insinuationē percepi 4
mus libellum eundem de sacris ecclesiasticis doctoribus & scripto-
ribus uiliter nimis in digne ac cōtemptibiliter loqui, ipsiq; hebræo-
rum & iudæorū magistros & Rabbi antepone non ueretur. Hæc
lucidius declarando repetimus, dicti libelli cōtenta & signāter par-
ticulam incipientē. Ich sag auch vñnd hab des &c. fo. xiii. pag. ii. an-
notatam, in qua affirmat q̄ pro intelligētia textus bibliæ doctores
nostri multū & sæpe iudæorum cōmentariis & glosis cogātur uti,
subdēs, q̄ si subtraherent ea quæ Nicola⁹ de Ly. sumpsit ex rabbi Sa-
lomone, residuum quod idem Nicolaus de suo capite scripsit super
bibliam, paucis admodū foliis compræhendi posset. Subdīs etiam
in fide nostra christiana ualde multos doctores inueniri qui ob de-
fectum duorum idiomatū sacram scripturam non recte exponant.
Propter quod sæpe numero irrident, cum tamen constet diuū Hie-
ronymū & plures ecclesiæ doctores alios, uasa spiritus sancti hebrai-
ce grece pariter & latine fuisse doctissimos. Præmissa etiam luculē 5
tius declarando repetimus & inserimus contenta præfati libelli spe-
cialiter particulam incipientem. Mecht ainer sagen &c. fo. xiiii. pa-
pta parū ad scripturarū ueteris testamenti intelligentiā proficere,
scandalosa & irreuerenti cōparatione illorū scripta ridiculose cali-
garū operimento inualido cōparat in tempore algido hyemis, Itē
latius declarando repetimus cōtenta particulæ incipientis. Des hal-
ben so hindert mich nit &c. fo. vi. pag. i. descripta, ubi postq̄ de chri-
stianis doctorib⁹ & scriptorib⁹ magistro Raimundo in pugione, au-
tore fortalicū fidei, Paulo Burgensi, Petro nigri in stella Messia, &
aliis multa mala in Talmud contineri affirmantibus, sermo inci-

differ, sic subditur. Nihil me impedit quicquid supra memorati no-
stra fidei scriptores contra Thalmud scripserunt, quorum aliquos no-
ui qui Thalmud nunquam didicerunt, & propterea eorum scripturae & uer-
ba me non mouebunt. Sacra per hec doctorum scripta in ecclesiae &
christifidelium scandalum nihili faciens & contemnens. Ultra pre-
missa paribus fama, insinuatione & uociferatione cognouimus ante
dictum libellum piarum aurium plurimum offensiuum & in scandalum tendere
non modicum christifidelium praesertim laicorum & simplicium. Pro
cuius articuli latiori declaratione continentiam particulam praescripti li-
belli repetimus incipientem, Ob aber die vuerstendigen &c. fo. ix.
pa. ii. annotatae in qua ostendere nititur, Si quae mala in Thalmud
contineantur ea non ex ipso libro, sed ex sola legentium peruersa in-
terpretatione accidere. Post illius particulam descriptionem etiam ini-
7 qua quadam comparatione subiungens. Sicut uerba Thalmud in
peruersum sensum trahi possunt. ita & uerba sacrae bibliae. Et quem
admodum quaedam turpia ad litteram contenta in biblia mysticantur
ita & turpia contenta in Thalmud pari modo mysticari posse & de-
bere insinuat, Pro clariori praemissorum elucidatione pariformiter re-
petimus praenominati libelli continentiam & praecipue horrendam au-
ditu particulam incipientem. Darum alles das sic &c. folio. xv. pa. ii. an-
notatam. In qua iudeos a contumelia in dominum Iesum saluatorem
nostrum excusando dicit. Quaecumque iudei scribunt pertinentia ad
hoc quod Iesus non sit deus, & quicquid sequitur ex hoc illud eorum
fidem esse, per hoc nulli contumeliam inferre uelle, ac Catholicam ec-
clesiam circiter annos mille quadringentos passam esse, neque unquam
pro contumelia acceptasse, affirmare nitens, illam iniuriam dissimulatione
tot curriculum temporum remissam & propterea iure eam illis im-
pune licere repetere, sinistre & impertinenter pro illius contumelia
tione. c. consuluit, de iudeis adducens, cum tamen omni iurisperito
memoratum. c. intuenti clareat id non de falsa doctrina & de peruer-
sis ac contumeliosis iudeorum scriptis, sed de solis antiquis ritibus &
8 synagogicis ceremoniis esse locutum. Ad euidentioris declaratio-
nis effectum praemissorum, repetimus continentiam saepe dicti libelli,
& signanter particulam incipientem. Ich zel aber der Thalmud &c.
folio. xviii. pa. i. in qua leui argumento astruere nititur perfidis iu-
daeis infamem suum Thalmud & in christum contumeliosum etiam

si a conuersione eos ad rectam fidem impediatur, minime auferendū
quasi Imperatoria maiestas aut ecclesie principes & praelati non
possint neq; debeant impedimenta salutis ecclesie offensiuā iudais
tollere uel prohibere. Periculosam dicti libelli corroborationem
in particula inchoante. Der iud ist vnser hergotz als &c. fo. xviii
pa. i. descriptam pariformiter repetimus. In qua ex diui Pauli apo
stoli sententia pro confirmatione premissorum astruere nititur
Sanctā dei ecclesiam & eius praelatos ac principes de iudæorum fa
ctis cum domino suo stent & cadant & quemlibet pro seipso ratio
nem reddere oporteat, intromittere se non debere, subiungendo de
um satis potentem etiam, si uelit, eos posse erigere. Vulgatissima si
militer fama & insinuatione premissis intelleximus prenominatū
libellum q̄ plurimos sacra scripturæ ecclesie ac iurium textus & di
cta impertinenter applicare & corrupte allegare. Pro huius articu
li manifestiori declaratione ultra premissa repetimus in prefato li
bello & signanter folio. iiii. pa. i. allegatum uerbum apostoli. i. Co
rint. xi. oportet hæreses esse & folio. xii. pa. i. & ca. sancta romana. xv.
distin. per quæ astruere respectiue nititur Thalmud non cremandū
sed necessario iudæis relinquendum. & hæreticorum libros a dei ec
clesia non supprimendos sed conseruandos &c. Ultra memorata
quod dolenter referimus, prescriptum libellum in pluribus suis lo
cis & passibus hæresim sapere & a sinceritate fidei aberrare simili
bus insinuatione & fama didicimus. Hunc articulū specialius de
clarando reperimus dicti libelli particulam incipientem. Darab
zu nemen ist das &c. folio. vii. pagi. ii. descriptam. In qua per domi
ni nostri Iesu christi saluatoris nostri uerba, scrutamini scripturas
in quibus uos putatis uitam eternam habere, & illæ perhibent testi
monium de me, conatur affirmare scripturas magistrorum in Thal
mud comprehensas proprie esse designatas & illasæque ut bibliam
testimoniū perhibere de christo, asserens hæc ueritatē esse, illasq; p
pterea a nobis nō cremadas sed ex cōmissiōe christi scrutadas. Ad
premissorum lucidioris declarationis effectū mōis & formis premissis re
petim⁹ & inserim⁹ ac p̄ insertis & repetitis cū prestantiōe tñ fieri so
lita & cōsuetā haberi uolum⁹ cōtinentiā sæpe dicti libelli & signan
ter horrifonam christi fidelibus particulā incipientem. So ist Iesus.

- hie &c fo. xv. pa. ii. annotatā, Vbi mysteriū incarnationis & salutiferā domini nostri Iesu christi pro nobis assumptā humanitatē, nepharia assimilatiōe, habitui meretricio indecenti comparare nititur. In quo pudiciā matronæ honestæ attentantes, ab iniuriis excusari iure uidentur. Insinuare uolens iudæos Iesum hominē in forma serui uidentes, nihil diuini in eo reputantes ipsum crucifigentes contumeliā ei nō intulisse. Verū rationabiliter propterea excusatos contra ueritatis uerbū Ioan. xv. si nō uenissem & eis locutus fuisset peccatā nō haberēt &c. excusatōem huiusmodi pretensam Iuris peritorū rationibus colorare satagens. Ad clariorem & luculentiorē premissorū declarationē particulā hæresim sapiētē incipientē vn̄ ser apostel Paulus fo. xvii. pa. i. descriptā similiter repetimus & inserimus & pro inserta haberi uolum⁹. In qua astruere nitit̄ quod Paulus maximus apostolorū in doctrina cæteris eminentior sit factus id ex eo, euenisse quod literas hebraicas didicerit & cū Rabi seu hebreorū magistris scholas frequentauerit, cū tñ ipse apostol⁹ ad Galat. i. fateat̄ ingenue euāgeliū a se euāgelisatū nō ab hoie accepisse illud, sed p̄ reuelationē Iesu christi. Erroneā & hæresim sapiētē cōtinentiā dicti libelli clari⁹ deducendo particulā incipientē Es mag nyemā zu mir kumē fo. xvii. pa. i. annotatā. Similiter repetim⁹ & p̄ inserta haberi uolum⁹. In qua molit̄ asserere Paulū apostolū gētiū doctorē ad fidem non miraculosa sed sola cōmuni uocatione tractum, quod tamē Palam ab ecclesia & institutione eius exorbitare cernitur dum in ea illius cōuersiōis annis singulis tanq̄ miraculo sã festiuitas celebretur. Periculosa preterea dicti libelli particulā incipientē, Also wird auch hie geschehen fo. xix. pa. ii. descriptā consimilibus modo & forma repetimus premissis, In qua dampnabili & intolerabili quadā comparatiōe christifidelīū sub tyrannia olim factā p̄secutiōem cōpare ablationi p̄nitiosorū libroꝝ iudaicorū nō uerē. asserit̄ uerē inferēs hodie Iudaicā crescere debere perfidiā & eorū pertinaciā si nephandi eorū libri auferrent̄. Quemadmodū sub tyrannia tempore persecutionis olim creuisse dei conspiciē ecclesia. Dampnosam insuper & hæreticā comparationē qua nephā dum Thalmud a filiis diaboli compilatū pessimis malis refertum in particula sæpe dicti libelli incipiente, vnd wie wol Adam &c. fo. viii. pa. ii. descriptā, arbori scientiæ boni & mali quam deus optim⁹

maximus in paradiso plantauerat terrestri comparat his similiter
inferimus & pro insertis haberi uolumus. Cum tamen ueritas sit, di-
ctam arbore nil mali continuisse, maliciam autem ex protoparæti præ-
uaricatione & diuini præcepti transgressionem accidisse; Thalmud ue-
ro iuxta scripta doctorum ecclesie toxico & mortifero ueneno ple-
nū. Præmissa lucidius declarando, hæresim sapientem allegationē. 16
l. i. §. denique Marcellus. ff. de aqua plu. ar. fo. xv. pag. i. dicti libelli cō-
tentam repetimus, & his nostris positionibus & articulis inferimus,
per quā instruere nititur in effectu perfidis licuisse & licere iudæis pro
sua defensione nephandos christo & nobis ingratos cōdere libros.
Item similiter ponimus & dicimus quod de præmissis omnibus & sin-
gulis, & de prædicti libelli erroneis sententiis est publica uox & fama,
uulgare dictum & clamorosa iusuatio, ne dū apud uulgares & ple-
beios, uerū etiam apud principes ecclesie prælatos doctores & litera-
rum peritos cōmune dictum & uulgaris hominū assertio, Protesta-
mur insuper quod ad superfluam præmissorum deductionē & probatio-
nem asfringi nolumus, sed solū erroneas sæpe dicti libelli cōtinen-
tias quantū ad præsentē inquisitionem attinet deducere & probare
ac si plura posita non fuissent. Cognito igitur de præmissis quantū
sufficit ut errores hæreses & scandala in memorato libello cōtenta
radicibus extirpentur, nullosq; tempore repullulent petimus per uos
uenerabiles dños Cōmissarios, uestramq; diffinitiuā sententiā pro-
nunciari decerni & declarari præfatum libellū Speculum Oculare
Ioanni Reuchlin inscriptum hæresibus & erroribus refertum, perfidi-
is, iudæis nimis fauorabile, ecclesie dei iniuriosum, ac sacris eccle-
siae doctoribus irreuerentiale, ipsumq; propterea scriptura seu im-
pressoria arte per ptouinciā & seu diocesi Moguntinē. multiplica-
tum cōmuni hominū usui interdiciendū, condemnandū, supprimē-
dum, tollendū, ac igne publice concremandū, ius nobis & iusticiā
ministrari uestrū benignum officium in præmissis humiliter implo-
rando, saluo iure addendi, mutandi, minuendi, corrigendi, Et prote-
statur, put est iuris moris atq; stili. ¶ Quo lecto & audito mox pro-
curator præfati doctoris Reuchlin etiā ad infra scripta specialiter cō-
stitutus ante liti cōtestationē recusauit iudicē ut inimicū & suspe-
ctum. Et causas recusatōnis coram ipso iudice Inquisitore in scri-
ptis produxit offerendo se illas in continenti probaturū coram ar

B

bitris iuris quorum electione postulauit nominans pro parte sua uicarium in spiritualibus episcopi Vuormaciensi. & simul petiit quatenus Inquisitor etiam suum arbitrum nominaret.

Sequuntur causae suspicionis ad recusandum D. Iacobum Hochstraten tanquam inimicum & suspectum in scriptis propositae ac oblatae.

¶ Primo proponit & dicit doctor Ioannes Reuchlin quod d. Iacobus Hochstraten fuit autor, sollicitator siue promotor ut creditur primarius huius negocii super iudaicis libris comburendis, propter quod a Caesarea maiestate onus sibi consulendi iniunctum fuit.

¶ Item quod praefatus d. Iacobus in hac causa particulariter consultatus, deinde etiam communiter aliorum consilia subscripsit.

¶ Item quod consilium Ioannis Reuchlin non in omnibus concordauit cum consilio Iacobi. Vnde presumendum est ipsum Iacobum esse propensorem ad suum consilium autorizandum quam consilium doctoris Io. Reuchlin.

¶ Item quod praedictus Iacobus dum fuit decanus facultatis theologiae, misit in hoc negotio ad Io. Reuchlin epistolam quandam, & in ea sibi minime pertinaci nullam salutationem scripsit.

¶ Item quod contra morem suum erga alios doctores haecenus obseruatum cum nullam habuisset antea cum Io. Reuchlin conuersationem, neque familiaritatem appellauit eum singulari numero tibizado ut uulgo dicitur.

¶ Item quod idem Iacobus in eisdem literis quibus odium & inimicitia erga Io. Reuchlin clare patet motum animi sui detexit, cuius sit & esse uelit sententiae super libellis dicti Io. Reuchlin editis, longe ante scribendo in hanc uel similem sententiam, scilicet se comperuisse, quod dictus Io. aliter scripserit quam christianum deceret, & quod inuenerit propositiones scandalosae male sonantes, & parum aurium offensiuas.

¶ Item quod saepe dictus Iacobus tanquam priuata persona & solum decanus facultatis, uoluit a Ioanne Reuchlin alterum illorum extorquere, uel quod reuocaret uel quod mentem suam latius deuelaret, & cum ipse mentem suam uoluntarie deuelauit. Idem Iacobus nullo iuris ordine obseruato, nec etiam euangelica forma, mox in libellum famosum contra se edendum conspirauit.

¶ Item quod ipse Iacobus unus & quidem de principalioribus ex numero illorum est, contra quos tanquam iniuriatores Io. Reuchlin defensionem suam pro honore & fama sua conseruanda edidit multis conuiciis

& quidem intolerabilibus laceffitibus, etiam ante hanc instantiarum.
¶ Item quod prefatus Iacobus est prior ordinis Prædicatorum Coloniae, & permittit fratri suo Iacobo Magdaliano eiusdem ordinis sibi subdito, & de domo sua, carmen famosum contra Ius & phas & contra ordinis regulam, & constitutiones contra eundem Io. Reuchlin scribere ubilibet per impressionem publicatum.

¶ Item quod dictus Iacobus est de bassa alemania siue partibus inferioribus. Et Io. Reuchlin est de alta alemania, & libelli sui sunt scripti in lingua altae alemaniae siue Sueviae, quam linguam non sane intelligit Iacobus. Et sic presumendum est quod plus faueat notae linguae suae quam ignotae.

¶ Item ex quo Iacobus praenominatus male intelligendo linguam Ioannis Reuchlin uernaculam, prius ad suae famae laesionem conspici ruit, praesumitur etiam nunc quod facile iterum laesurus sit.

¶ Item quod etiam Iacobus Hochstraten feruens odium suum quod habet aduersus Io. Reuchlin ostendit nunc quoque in priuata scriptura sibi oblata praetensae citationis, ad defensionem libellorum suorum dando sibi breuissimam dilationem qua non posset commode itineri se apte propter magnam distantiam loci & corporis sui imbecillitatem, non feruatis tribus edictis, sed peremptorium suum ad sextam diem comparere di astrinxit, quod non continet tantum tempus quantum tria edicta, nec expressit aliquam causam abbreviationis sui peremptorii, immo nec habet causam, cum hoc negocium iam biennio uel plus absque aliquo iuris processu per quemcumque instituto se sciente permansit.

¶ Ex his & aliis legitimis causis in processu deducendis uel omnibus uel aliquibus recusat prefatus doctor Reuchlin saepe nominatum Iacobum Hochstraten ut inimicum sibi & suspectum, offerendo se legitimam suspicionis causam siue causas coram arbitris iuris probare uelle. Et eligit atque nominat pro sua parte Venerabilem & egregium uirum dominum Ioannem Vuacker .I. V. doctorem reuerendiss. domini episcopi Vuormaciei, in spiritualibus uicarium generale. Ad quam procuratoris recusationem, oblationem & petitionem prefatus Inquisitor iudex delegatus, interlocutus est sub hac uerborum forma in scriptis prolata ut sequitur.

¶ Cum haec non nostra sed omnipotentis dei orthodoxae fidei & catholicae ecclesiae causa sit, ac contra libellos apud acta causae designatos

in prouincia seu subditiōe domini Maguntini consistentes erro-
ribus h̄eresibusq; scaturientes processum institui^m qui libell⁹ per
inspectionē ad oculū cuiusq; fideli legenti & intelligenti qualis
sit patet clarius, nec friuolas suspitiōis causas cōtra nos opponere
poterit libellus pr̄nominatus. Vt igif puteus toxico plenus omni-
bus patens celesiter obstruat, lapis offensionis ac petra scandali de
uia publica tollatur. in negocio inquisitiōis cōtra libellū instituto
ut putei obstructio & lapidis offensiōis ablatio friuolis nō impedia-
tur subterfugiis, cognitione ac decisione Reuerendis ac uenerabi-
lib⁹ dominis cōmissariis illustrissimi principis. Electoris archiprae-
sulis Moguntini reseruata, processum istū continuando procedere
uolumus in inquisitiōis negocio. Cum potestate tñ hmōi facultatē
dum iure licuerit aut nobis placuerit resumendi. Et quatenus Ioan-
nes Reuchlin tanq; dicti libelli author & seu illi⁹ hic praesens praete-
sus procurator tanq; dicti illi⁹ libelli defensor & fautor nos tanq; sus-
pectū, & forū nostrū in inquisitiōe in personas instituenda, declina-
re uoluerit & partialē nos reputare, qui reuera partem nō fouemus
sed ueritati & fidei puritati in officio Inquisitiōis pro ut ex iniun-
cto nobis decet officio assistimus, placet nobis q; domini Cōmissa-
rii pr̄nominati in negocio inquisitiōis hmōi audiant cognoscant
& diffiniāt, Et ut praemissa omnia & singula luce clarius pateant, pra-
tenso procuratori ex nūc primā diē iuridicam praefigant & cōtra
quoscuq; coniunctim uel diuisim sua interesse putantes citationē
in tabulis Maguntinis ad instar albi pratoris exequēdā decernant,
ad exhiberi uidendū & recipiendū articulos dicti libelli seu Spēcu-
li Ocularis h̄ereticas, erroneas, ecclesiae dei scandalosas, & fidei ca-
tholicae iniuriosas certas cōplectētes snias &c. prout in Actis,

¶ Perquā inquisitoris inter locutoriā & cōmissionē a se quibusdā
aliis factā, p̄fat⁹ procurator ad pbādū suspitiōem & ei⁹ causas nō ad-
missus, tanq; ipse cōtra iura grauat⁹ & partē suā enormiter grauatā
esse sentiēs. iuxta c. Secūdo requiris. extra de appel. & c. iudex. de of-
fi. de le. li. vi. Appellauit corā iudice ad sedē apostolicā in forma me-
liori & apostolos petiuit prout est iuris & stili. Nā c. super questionū
articulis. §. si. extra de offi. de le. sic dicit. Quid si iustā reulatōis cām
noluit admittere delegat⁹ sed corā suspectis eū litigare cogebat a ta-
li grauamine licite potuit ad nostrā audientiā appellare & quicqd

post appellationē huius est præsumptū iudicari debet irritū & ina-
ne. ¶ Apostoli autē quos inquisitor dedit de uerbo ad uerbum ut ex-
tat in registro sūt tales. Quia in hoc negocio inquisitionis cōtra spe-
culū Oculare Ioāni Reuchlin inscriptū, in præsentiā duntaxat. &
nō in personā instituto, prætensis suspitionū & recusationū articu-
lis oblati & uis, cognitionē & decisionē causæ nobis nō reseruau-
mus sed in reuerendū ueuerabiles & eximios dominos cōmissarios
Reuerendissimi & illustrissimi principis Electoris sanctæ Mogun-
ecclēsiæ Archipræsulis hereticæ prauitatis Inquisitores ordinari-
os iuxta decreti nostri cōtinentiā reiecim⁹ ut friuolis præludatur
uia subterfugiis, & ex toxico pleno puteo nō inficiant nec ad lapi-
dē offensionis & petrā scandali pedē offendant uiatores, Inquisitoris
onus nobis reseruantes. Quare nos assertam tuā appellationē tāq̄ fri-
uolā & futillē refutam⁹, Act. die Mart. xxxvii. septēbris hora post me-
ridiē tertia Anno &c. xiii. Datis itaq; apostolis refutatoriis processū
est ulterius absente docto, Reuchlin & eius pcuratore ad exhibitio-
nē librorū Ocularis speculi & examinationē testiū. cōcludendo in
tota causa usq; ad sniam diffinitiuā Sed cū hæc atq; talia in absentia
docto, Reuchlin ac sine ipsius noticia tā præcipitanter fierent. mul-
torū iudicio præter aut potius cōtra iuris dispositionē, ne igitur tā
splendida & laudabilis ciuitas Moguntina tot nobilibus & tā doctis
uiris referta, ac tam insigni ecclesia cathedrali & ecclesiasticorū ui-
rorum residentia plurimū illustrata ulla inde contrahere apud
exteros uilipensionis maculam siue labem posset, Decreuerunt. in-
ter se Magnifici Nobiles Reuerēdi & Venerabiles domini Decanus
& capitulū Ecclesiæ maioris proprio motu laborare ad suspēdendū
sententiæ prolationē ad paruum tempus sub spe bonæ concordie.
cuius se fideles fore intercessores apud Inquisitorē pro bono pacis
obtulerunt. Impetrarūt itaq; ab eo quindenā in qua cœptum nego-
ciū amicabiliter componi posset. Quod si non fieret, statutus iā erat
ab inquisitore termin⁹ ad ferēdū sniam, feria quarta post diem sc̄ti
Dionysii, quæ fuit. xii. octobris. De quo præfati domini Decanus &
capitulū ecclesiæ maioris docto, Reuchlin p literas certiorē fecerūt
petentes ut intra quindecim dierum spacium personaliter Mogun-
tiæ compareat. Et quamuis datæ fuissent literæ feria. ii. post diem
s. Mauritii Moguntie, quæ fuit. xxii. mensis septēbris, tamen præ

B iii

sentatae fuerunt Sturgardiam & doctore Reuchlin reddita. v. no-
nas octobres. Venit igitur Ioannes Reuchlin Moguntiam in die san-
cti Dionysii, honorifice comitatus consiliariis illustris ducis Vuirte-
bergen. praesertim Egregio theologiae atq; iuris doctore domino la-
cobo Lempo Generalis studii Tubingen. in theologia primario re-
genti, ac Nobili & militari uiro. Henrico Schilhing praefecto in Fai-
hingen ambobus Capnioni per ducem Vuirtenbergen. adiunctis. Ni-
hilominus tamen stantibus praefatis induciis. Frater Iacobus Inqui-
sitor mandauit in uirtute iurisdictionis suae omnibus concionatori-
bus in Ecclesiis ciuitatis Moguntinae proponere ac intimare popu-
lo, de Oculari Speculo ea quae in hunc sequuntur modum. Vniuersis
& singulis per ciuitatem Moguntinam uerbum dei predicantibus Fra-
ter Iacobus de Hochstrate sacrae theologiae professor ordinis praedica-
torum nec non per Moguntinam Coloniae. Treueren. prouincias
haereticae prauitatis Inquisitor a sancta sede Apostolica deputatus
salutem, & nostris immo uerius apostolicis obedire mandatis. Cum
alias ad nostram requisitionem per Reuerendos dominos Reuerendissi-
mi domini Moguntini Archiepiscopi in causa fidei commissarios
latum sit iudiciale decretum certis praenotatis uallatum quo scilicet sub
paena excommunicationis latae sententiae singulis christifidelibus. In-
datis uero sub paena priuationis communionis cum christifidelibus
ac sub paena non recipiendi usuras a christianis interea eis promissas
praecipitur, quatenus uniuersi habentes libellos in uulgari lin-
gua sub nomine Speculi Ocularis intitulatos, eos traderent ad ma-
nus dictorum domorum commissariorum proxima feria quarta ad horam
octauam in ambitu maioris ecclesiae. Hinc est quod uestrum singulos re-
quirimus, & in uirtute sanctae obedientiae quam tenemini sedi aposto-
licae Mandamus quatenus crastina die quae est dominica inter pradi-
candum uerbum dei, dictum decretum sub lingua uulgari in cancellis
populo insinuetis, monentes populum ut humiliter obediendo a dicta
paena excommunicationis se praeseruet auisando, etiam homines qui
per poenitentarios uel communes confessores a dicta censura non
possent absolui, & si apud aliquos in posterum tales libelli inueni-
rentur, declararentur excommunicati & ad arbitrium Reueren-
dissimi domini Moguntini alias poenas subirent. In ueritatis testi-

monium signetur nostrum quo communiter utimur presentibus
subimpressum. Anno gratiae. M.D.xiii. Mensis octobris die octaua
Cum autem media concordiae per praefatos Dominos de capitu-
lo concepta. Inquisitori & eius adherentibus porrecta fuissent, & ea
quidem actalia per quae arbitrabantur cunctis satisfactum, tam prin-
cipibus quam uniuersitatibus & facultati theologiae Colonensi. Et si-
mul cum illo honor doctoris Reuchlin in nullo foret diminutus ipi
certe nulla media uolebant acceptare nisi quae uidebantur tende-
re in doctoris Reuchlin manifestam infamiam. Quare cum nulla
ulterius fuisset spes concordiae, Sentiretque doctor Reuchlin ut aie-
bat se nihilominus non solum ab Inquisitore. sed etiam a commis-
sariis maxime grauatum & ab eodem illo confesso quotidie gra-
uari, fuissetque adhuc infra tempus decem dierum. mox accito nota-
rio. Coram eo & testibus uocatis in hospicio Coronae etiam a com-
missariis appellauit in scriptis ad sedem apostolicam prout est mo-
ris iuris atque stili. appellationemque intimauit ut debuit cum aposto-
lis & ceteris requisitis, Postquam autem Reuerendissimus Archiepisco-
pus Moguntinus qui tunc in Asthaffenburgo habitauit de utraque do-
ctoris Reuchlin appellatione informatus & certificatus fuerat. Vi-
deratque simul plurimas & uarias exorbitantias & nullitates Inquisi-
toris & commissariorum suorum, doctus enim erat in iure. tamen
ut honor suorum consiliariorum & commissariorum maneret sal-
uus. uoluit potius in propria persona quaedam afferre media bona
& apta quibus de consensu partium haec contentio & lis sopiretur
ut ex literis suis ad Capitulum missis clare patet. ad quod postula-
uit unius mensis dilationem ut interea sententiae prolatio suspen-
deretur absque praediuicio quorumcumque. Sed in casu quo inquisitor
dilationem eandem recusaret, & omnino uellet post appellationes
interpositas procedere, ex tunc reuocauit & reuocatos esse uoluit
suos commissarios eiusque omnibus & singulis inhiuit ne ultra in aliquo
procederent, aliter enim omne id quod secus factum foret reuoca-
bat, ac irritum inane cassatum & adnullatum esse uolebat. Acta sunt
haec in Asthaffenburgo tunc residentiae suae loco feria tertia post di-
em sancti Dionysii quae fuit. xi. mensis octobris anno &c. xiii. Ab hac

reuocatione Commissariorū qua delatū fuit appellationi doctoris Reuchlin, etiā Inquisitor cum magna indignatione appellauit ad sedem apostolicā & suā appellationē ecclesiæ maiori affixit, sed habito consilio iurisperitorū appellationē deseruit. Interea uero dum hæc agerent Moguntia, partiumq; adherentes semotis principibus inter se colloquia tenerēt, obtulit se pro parte Ioānis Reuchlin imperialiū. LL. doctoris, prænominatus ille uenerabilis & egregius theologiæ iurisq; doctor Iacobus Lempus generalis studii Tubingensis, regens ordinarius cōtra & aduersus Inquisitorem & eius adherentes hanc materiā publice disputaturū in Vniuersitate Moguntina, dūmodo sibi cautio fieret de securitate & saluo conductu. Sed nemo fuit q se ab altera parte cōtra eū opponere uellet. Sic utriusq; discessum est cū ingenti rancore Colonienſium. Causa itaq; totius negotii huius ad curiam Romanam per appellationem deuoluta, sanctissimus dominus noster, dominus Leo papa decimus, per supplicationē Ioānis Reuchlin Phorcensis, natione ac origine Spirensis, sed domicilio Constantiensis diocesis, clemēter motus dedit cōmissionē ad partes sicut in hoc citationis ac inhibitionis apostolicæ processu continetur, cuius tenor sequitur & est talis.

¶ Georgius dei & apostolicæ sedis gratia, electus & cōfirmat⁹ ecclesiæ Spirensis comes Palatinus rheni & Bauariæ dux &c. Iudex & Commissarius causarū & causæ ac partibus infra scriptis una cum certo alio nostro in hac parte collega, cū clausula ut uos uel alter uestrū uocatis uocandis &c. a sancta sede apostolica specialiter deputatus, Vniuersis & singulis dñis, abbatibus, prioribus, præpositis, decanis, archidiaconis, scholasticis, cantoribus, custodibus, thesaurariis, sacristis, tam Metropolitanis & cathedraliū q̄ collegiatarū, canonicis parrochialiūq; ecclesiarū rectoribus & loca teneñ, eorundē plebanis, uiceplebanis, capellanis, curatis & non curatis, primissariis, altaristis, ceterisq; psbyteris, clericis, notariis, & tabellionis, publicis, quibuscūq; per ciuitates & diocef. Moguntia. Colonia. & Spirensis, ac alias ubilibet constitutis, nec non cursoribus curiæ Spirensis, iuratis, illiq; uel illis ad quem uel ad quos præsentis nostræ literæ peruenerint, quicq; earundē uigore fuerint requisiti eorū cuilibet infolidum. Salutem in dño & nostris huiusmodi, immo uerius apostolicis firmiter obedire mādatis. Literas apostolicas in forma breuis,

Sanctissimi in christo patris & domini nostri, domini Leonis diuina
prouidentia papa decimi sub annulo piscatoris signatas, una cum
supplicatione introclusa sanas & integras non uiciatas non cancellatas
neque in aliqua sui parte suspectas. Sed omni prorsus uicio & suspici
one, uti prima apparebat facie carentes nobis per uenerabile & Egre
giu uirum dominum Ioannem Reuchlin Phorceum, Spirensis dioeceseos Legum
doctorem principale in eisdem literis, seu breui apostolico & supplica
tione, principaliter nominatum coram Notario publico & testibus in
fra scriptis presentatas nos cum ea qua decuit reuerentia nouerit: re
cepisse, Cuius quidem breuis apostolici & supplicationis introclusa te
nores successiue sequuntur, & sunt tales Leo papa, x. uenerabilibus fratri
bus Vuormaciensi, & Spirensi, Episcopis uel eorum alteri Venerabiles fra
tres, Salutem & apostolicam benedictionem. Mittimus fraternitati uestra sup
plicationem presentibus introclusam manu dilecti filii nostri L. Cardinalis
Agennensis, in presentia nostra signatam, uolumusque & uobis committi
mus, ac mandamus, ut uos uel alter uestrum. Vocatis uocandis ad illius
executionem procedatis iuxta eius continentiam & signaturam. Datum
Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die. xxi. Nouembris
M. D. xiii. pontificatus nostri. Anno. i. In margine inferiori dicti bre
uis scripta erant haec uerba F. Castilioneus, extra uero haec uerba ta
lis signatura reperiatur. P. Vipera, tenor uero dictae supplicationis
introclusae talis Beatissime pater, alias postquam quidam Iacobus de hoch
strate per ordines praedicatorum, professore, & haereticae prauitatis in certis pr
uinciis Germanicae nationis inquisitore se gerens deuotum oratorem ue
strum Ioannem Reuchlin Phorceum, Spirensis dioeceseos Legum doctorem, ut infra cer
tum breue tunc expressum terminum Moguntiae compareret, ad uidentum su
per continetis certi tunc expressi libelli Ocularis speculi nuncupati per
ipsu oratorem editi, & super eis per uiam inquisitionis & alias procedi cita
ri mandasset, & dictus orator procuratorem legitimum cum potestate substituere
di ad causam huiusmodi constitueret & procurator legitime substitutus praefatum
Iacobum de cuius delegatione seu subdelegatione oratori non constabat, etiam
uariis legitimis de causis inscriptis recusasset, & causas legitimas
recusationis nomine ipsius oratoris coram arbitris Iuris, quorum unum confes
sum noiauit se probatur obtulisset, ac praefatum Iacobum ut in suum arbi
trium aliquem noiaret per de iure requisuisset, & dictus Iacobus recusatio
nem huiusmodi repellens & eam admittere recusans se causam huiusmodi Iudicem compe

tenē fore & corā eo ad ulteriora pcedi debere per suā interlocuto
riā inter alia declarauit iniquam. a qua & nōnullis aliis sibi in hmōi
causa illatis graua minibus pcurator. Seu etiā postmodū orator pra
fatus sentiens se indebite grauatū timensq; in posterū plus grauari.
ad S. V. & sedē apostolicā infra tempus debitū, etiā forsan iteratis ui
cibus appellauit. Et cū dicit⁹ Iacobus Appellatiōe hmōi nō obsta.
ad ulteriora pcedere uellet, ac modern⁹ archiepiscop⁹ Moguū. cer
tos qui prius iph⁹ Iacobi assessores ut asserit fuerant pro commissa
riis dedisset seu deputasset. Ipsiq; cōmissarii onus pratenſe cōmissi
onis nimīū praecipit inter exequi niterent, praefat⁹ archiepiscopus
ex certis causis dictis cōmissariis, ut usq; ad certum tunc expressum
terminū in causa et negotio hmōi supersederēt mādauit alioquin ex
tūc eosdē cōmissarios reuocauit, ac eis ne ultra pcederent inhibuit.
Recurrit igit humiliter ad S. V. praefat⁹ Ioannes orator quatenus si
bi in praemissis iusticia misterio subueniētes, ac causa hmōi statū &
merita omniūq; necnō singulorū aliorū hie forsan de necessitate ex
primendoy tenores p expressis habētes singulay appellatiōnū pro
parte dicti Ioannis oratoris in hmōi causa quomodolibet interpo
sitay, ac post & cōtra illa forsan attentatorū & innouatorū nullita
tisq; processus & snia pe: Iacobū & alios praefatos habitoy & late.
ac oim & singuloy in prauidiciū ipsius oratoris circa praemissa per
quoscunq; quomodolibet gestoy totiusq; negocii principalis cau
sas cū omni⁹ & singulis suis incidentibus dependē. emergē. anne
xis & connexis aliquib⁹ probis uiris in partibus illis sūmarie simpli
citer & de plano audiendū cognoscendū, de eidendū, & sine debito
terminandū. Cū ptate citandi praedictos, & quoscunq; alios quorū
intererit ac inhibēdi tā archiepiscopo q̄ Iacobo & quibusuis aliis iu
dicibus & psonis qb⁹ & quoties inhibendū fuerit. etiā sub cēsuris &c.
oīaq; & singula alia in praemissis, & circa ea necessaria seu quōlibet
opportuna faciendi & exequendi. Inuocato etiā ad hoc si opus fue
rit auxilio brachii secularis per lras. S. V. in forma breuis, hac sup
plicatiōe introelusa cōmittere & mandare dignemini, de gratia spe
ciali Nōobsta. fe. re. Bonifacii papae. viii. S. V. praedecessoris De una
& concilio generalis de duabus dietis, & quibusuis aliis cōstitutiō.
& ordinationibus apostolicis. necnō quibusuis priuilegiis & indul
tis praefatis aduersariis, & quibuscunq; aliis cuiuscūq; dignitatis &c.

in contrarium quolibet forsan concessis & confirmatis, quibus etiā
si de eis &c. tenores &c. pro expressis habentes placeat hac uice dero
gare, ceterisq; cōtrariis quibuscūq; cū clausulis opportunis. Quæ qui
dem supplicatio sic signata erat Concessū, ut petitur in præsentia do
mini nostri papæ, L. L. Cardinalis Agennen. Et deinde sequebantur
hæ clausulæ. Et per breue S. V. hac supplicatione introclusa. Et dum
mō ultra tres dictas nō trahat, Quarū quidē clausulæ signatura ta
lis erat concessū. L. L. Cardin. Agennen. In inferiori autē margine di
ctæ supplicatiōis scripta erant hæc uerba, Datum Romæ apud san
ctum Petrum Quintodecimo kalē. Decembris Anno primo. Post
cuiusquidem præinserti Breuis apostolici una cū supplicatione in
troclusa pñtationē & receptionē nobis & per nos ut præmittit fa
ctas, fuimus per præfatū dominū Ioan. Reuchlin legū docto. prin
cipalē in præ insertis Breui & supplicatiōn. principaliter noiātū co
rā nobis personaliter cōstitutū, debita cum instantia requisiti. Qua
tenus ad earundē literaz apostolicarū, & supplicatiōnis introclusæ
executiōem procedere. Sibiq; citatiōnē legitimā cōtra & aduersus
fratrē Iacobū de hochstraten pro ordinis prædicatorum p̄fessore,
& hæreticæ prauitatis in certis prouinciis Germanicæ nationis in
quisitore se gerentem, ex aduerso principalē in eisdem præinsertis
literis ex aduerso principaliter nominatum. Omnesq; alios & sin
gulos sua communiter uel diuisim interesse putantes. & in execu
tione Citatiōnis huiusmodi noiandos, una cum inhibitionē infer
ta sub pœnis & censuris solitis in forma consueta decernere & cōce
dere dignaremur, Nos igiē Georgi⁹ electus & confirmatus ecclesie
Spiren. &c. Iudex & cōmissarius apostolicus præfat⁹ attendentes po
stulationē hmōi fore iustā & consonā rōni uolenti, s̄q; mādatū apo
stolicū nobis in hac parte directū reuerētur exequi, ac i causa & cau
sis hmōi rite & legitime procedere, ac partibus ipsis dante dñō iusticiā
ministrare, ut tenemur receptis primit⁹ per nos super recognitione
annuli piscatoris in forma iuris nonnullis testibus fidedignis, ac il
lo per eisdē recognito, & per nos p̄ recognito habito. Idcirco autho
ritate apostolica nobis cōmissa & q̄ fungimur i hac parte. Vos oēs
& singulos supradictos. et uestrū quemlibet in solidū tenore pñtiū
requir⁹ & monem⁹ priō secundo tertio pemptorie coniunctim
et diuisim uobis nihilomin⁹ et uīm cuiilibet i uirtute sanctæ obediē

riae, & subexcommunicationis poena qua in uos & uestru quelibet ca-
nonica monitio. pmissa, si ea qua uobis in hac parte committimus
& mandamus, neglexeritis seu distuleritis contumaciter adimplere fe-
rimus in his scriptis, districte precipiendo mandau. Quatenus infra sex
dieru post presentatione seu notificatione presentiu uobis, seu alteri
uestru factas, & postq pro parte dicti dñi Reuchlin doctoris princi-
palis super hoc uigore presentiu fueritis requisiti, seu alter uestru
fuerit requisitus, immediate sequentiu spacium, ita tamen q in his
exequendis unus uestru alterum no expectet, nec unus pro alio seu
per alium se excuset; quorum sex dieru duos pro primo, duos pro se-
cundo & reliquos duos dies uobis uniuersis & singulis supra dictis
pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assigna-
mus supra dictum fratrem Iacobum de Hochstraten pro haeretice
prauitatis inquisitore se gerentem ex aduerso principale, omnesq
alios & singulos sua comuniter uel diuisim interesse putau. & in exe-
cutione presentiu nominandos in propriis eoru personis, si ipsoru
presentias comode habere poteritis, alioqn in hospitiiu habi-atio-
num suaru, si ad ea uobis tutus pateat accessus, ac in parochiali seu
parochialibus sub qua uel quibus degunt & morantur, Sinaut in
Metropolitana. Moguntina. & Colonia. ac cathedrali Spirena. nec
non sancti Castoris consueu. Treueren. diocef. & distis parochiali-
bus aliisue ecclesiis & locis publicis quibuscunq, ubi dum uando
& quoties expedierit infra missaru & aliaru diuinaru horaru solen-
nia, dum ibide populi multitudo ad diuina audien. conuenerit, aut
alias legitime congregata fuerit, ex parte nostra, immo uerius apo-
stolica autoritate publice alta & intelligibili uoce peremptorie ci-
tatis & citari curetis, ita tamen q uerisimile sit citationem uestram
huiusmodi ad ipsorum citandoru noticiam deuenire indubitaram
quos & eoru quemlibet nos etiã tenore presentiu sic citamus. Qua-
tenus tricesima die proxima post presentiu insinuationem, si dies
ipsa tricesima iuridica fuerit. Alioquin pxima die iuridica. ex tunc
sequeu coram nobis Spira in palatio nostro solito & consueto, aut
coram uenerabilibus in christo nobis dilectis Thoma Truchses de-
cretoru doctore scholastico & Georgio de Sualbach canonicis ec-
clesiae nostrae Spirena. nostris in hac parte subdelegatis, aut altero co-
iundem quos etiam et eorum quelibet ad causam huiusmodi. Re.

tenta nobis potestate diffinitive pronunciandi, ac eos & eorū quē
libet reuocandi, & onus huiusmodi reassumendi toties quoties no
bis placuerit & uisum fuerit expedire, loco nostri subdelegauimus
in iudicio legitime compareant, hora post meridiē duodecima au
dientiae caufarū Cōmissariorū apostolico: ū cōsuetā per se uel pro
curatorē seu procuratores suos idoneos, ad causam & causas huius
modi sufficienter instructos & informatos cū omnibus & singulis
actis, actitatis, literis, scripturis, instrūmētis, iuribus & munimētis ad
causam & causas huiusmodi facieñ. & deseruentibus, p̄fato dño Io,
Reuchlin doctori principali, uel procuratori suo legitimo, de & su
per omnibus & singulis in p̄sertis literis apostolicis & supplicati
one contentis, de iusticia legitime respōsuri, nec nō in causa & cau
sis hmōi ad omnes & singulos actus & terminos iudiciales gradatim
& successiue, & usq; ad diffinitiuam sententiā inclusiue ferendā, de
bitis tamen & cōsuetis terminis & dilatioñ. p̄cedentibus ut mo
ris est processuri & procedi uisuri, aliasq; dicturi, acturi, allegaturi,
ostēsuri & recepturi id quod iusticia suadebit, & ordo dictauerit ra
tionis: Certificantes etiā eosdem sic citatos seu citandos quod siue
in dicto citationis termino, ut p̄missum est, cōparere curauerint
siue nō, Nos nihilominus uel subdelegati nostri p̄dicti seu alter eo
rum ad partis cōparentis, & causam seu causas hmōi p̄sequi curā
tis instātiā ad p̄missa omnia & singula, & alias prout iustū fue
rit procedemus seu procedent, aut alter eorū procedet, iusticia me
dian. Ipsis etiā decetero non nisi in ualuis dictae ecclesiae nostrae Spi
ren̄ ad alios actus iudiciales, ut moris est uocatis seu citatis, Et insu
per attendēñ. q̄ causa & causis hmōi coram nobis pendeñ. nihil sit
per quēcunq; innouādū uel attentandum, uobis uniuersis & singu
lis supra dictis, quibus p̄sentes nostrae literae dirigunt, & cuilibet ue
strū autoritate apostolica p̄dicta modo & forma p̄missis cōmittim⁹
& mādamus. Quatenus post legitimā dictae citationis executiōem
gēno. in christo patri & dño Vrieli sanctae Moguntin. sedis archi
ep̄o sacri Romani imperii p̄germaniā archicācellario & p̄ncipi
electori, suisq; cōmissariis, iudicibus, & quibuscūq; aliis iudicibus &
officialibus, quacūq; autoritate fungētibus. Nec nō p̄fato fratri Ia.
Hochstraten ex aduerso principali. Omnibus aliis & singulis quorū
interest intererit aut interesse poterit quōlibet in futurū, quibuscūq;

nomiſibus cenſeantur, & quacunq; præfulgeant dignitate, de qui-
bus pro parte dicti domini Ioannis Reuchlin principalis præſenti-
um fueriti: uigore requiſiti, aut alter ueſtrum fuerit requiſitus, inhi-
beatur, quibus etiam & eorum cuilibet nos tenore præſentium ſub
excommunicationis pœna ſic inhibemus ne ipſi ſeu eorum alter in
uilipendium litis pendentiæ, & iuriſdictionis noſtræ, immo uerius
apoſtolicæ ſedis cõtempſum, dictiq; domini Ioannis Reuchlin prin-
cipalis præiudicium & grauamen, in cauſa & cauſis ante dictis, per ſe
uel alium ſeu alios publice uel occulte, directe uel indirecſte, quouis
quæſito colore uel ingenio innouare uel attentare præſumant, aut
aliquis eorum præſumat. Quod ſi ſecus factum fuerit, nos id totum
reuocare, & in ſtatum priſtinum reducere, ac ad dictæ ſententiæ ex-
communicationis declarationem, & alias ad ulteriora procedere
curabimus, ſucurabunt, aut alter eorum curabit, iuſticia mediã. Di-
em uero ſeu dies citationis & inhibitionis ueſtrarũ huiuſmodi atq;
formam, & quicquid in præmiſſis feceritis, aut alter ueſtrum duxe-
rit faciendum nobis per ueſtras patentes literas, aut inſtrumentum
publicum harum ſerie ſeu designationem in ſe continentes ſiue cõ-
tinens remiſſis præſentibus quantotius poteritis fideliter int mare
curetis. Abſolutionem uero omnium & ſingulorum qui præſatam
noſtram excommunicationis ſententiam incurrerint, ſiue incurre-
rit quoquo mō nobis uel ſuperiori noſtro tantũ modo reſeruam⁹.
In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſ-
ſorum præſentes literas, ſeu præſens publicum inſtrumentum cita-
tionem & inhibitionem noſtras huiuſmodi in ſe contineri, ſiue con-
tinens ex inde fieri, & per notarium publicum ſcribam⁹ noſtrum
infra ſcriptum, ſubſcribi & publicari mandauimus, noſtriq; ſigilli
iuſſimus & fecimus appenſione communiri Datum & actum in ca-
ſtro noſtro Vdenheim noſtræ diocel. in ſtuba minori ſub anno a na-
tiuitate domini. M. D. xiii. indiſtione prima. Die uero Martis uiceſi-
ma menſis decembris, pontificatus præſati ſanctiſſimi in chriſto pa-
tris & domini noſtri domini Leonis diuina prouidentia papæ deci-
mi, anno eius primo, præſentibus ibidem honorabilibus in chriſto
nobis dilectis magiſtris Ioanne Froſch, & Ioanni Holtzhai præſby-
teris, capellanis noſtris teſtibus ad præmiſſa uocatis, ſpecialiter atq;
rogatis.

¶ Et ego Conradus Syef de Heppenheim clericus Moguntinē,
diocel. publicus sacra imperiali autoritate notarius causarumq; cu-
riae episcopalis Spireñ. & officii uicariatus in spiritualibus scriba iu-
ratus, quia praeferti breuis apostolici & supplicationis introclusae
praesentationi, receptioni, productioni testium, & annuli piscatoris
recognitioni praesentisq; citationis. una cum inhibitioni, petitioni &
decreto, omnibusq; aliis & singulis praemissis, dum sic ut praemitti-
tur coram reuerendissimo & illustrissimo principe & domino, do-
mino Georgio electo & confirmato ecclesiae Spireñ. comite Palati-
no Rheni, ac Bauariae duce &c. iudice & commissario apostolico, &
per eundem fierent & agerent una cum praenominatis testibus praes-
ens interfui, eaq; omnia & singula sic fieri uidi & audiui. Idcirco praes-
ens publ. cum instrumentum huiusmodi processum in se continens
manu alterius, me interim aliis legitimis praepedito negociis, fide-
liter scriptum ex inde confeci, subscripsi, publicauit. & in hanc publi-
cam formam redegi. signoq; & nomine meis solitis & consuetis, una
cum praefati reuerendissimi domini iudicis & commissarii aposto-
lici sigilli appensione consignauit. in fidem & testimonium omni-
um & singulorum praemissorum rogatus & requisitus.

¶ Executa est primo haec citatio. xxvii. die mensis decembris an-
no &c. in loco debito Moguntiae qui non distat a Spira ultra tres die-
tas, ubi sibi frater Iacobus Inquisitor iurisdictionis suae tribunal con-
fistorium & inquisitionis sedem in prouincia Moguntina elegerat
domiciliumq; constituerat principale quo ad causam subiectam, ad
quem locum doctorem Reuchlin nominatim citando, ex diocesi
Constantien. per uiginti duo magna milliaria alemanica traxerat,
& ubi iudicando uel cotraxerat uel deliquerat. Vnde alias ibi praes-
fato doctori Reuchlin de iure contra eum agenti tenebatur respō-
dere fa. ad haec not. Panormitan. in ca. nonnulli. extra de rescripti.
col. iiii. in ver. quero extra glosam. Deinde nihilominus tamen ex
abundanti pro maiori cautela, quia etiam Inquisitor deseruare uo-
luit officio prioratus in Colonia, & eo tempore a Moguntia illuc
se retraxerat. Et sic quia se collocauit in utroq; censet residere in
utroq; Panormitanus in c. postulasti. i. col. de foro competenti. pro-
pterea ne posset ipse Inquisitor allegare ignorantiam. Etiam exe-
cuta est haec citatio Coloniae ad manus eius proprias certifican-

do eū de citatiōis die Moguntiaē factaē q̄tū propter adherentes & sua intereē putātes & maxie quoq; propter inhibitionē Apostolicā affixa etiā est ad conuentū suū apud prādicatores ibidē & ecclesiā maiore & alia publica loca Coloniaē atq; p̄ districtū Rheni nō p̄ uo numero. ne q̄s se posset ab inhibitionē apostolica excusare. Postq̄ autē illustri p̄iceps & Reuerend⁹ dñs Spirens. Iudex apostolic⁹ audiētiā causā suis cōmissariis subdelegauerat, cōparuit ad terminū utrisq; p̄tib⁹ p̄fixū Doct. Io. Reuchlin pars appellās in p̄pria p̄lo na corā eisdē dñis cōmissariis & Iudicib⁹ delegatis. Splendido cōsē su doct̄issimoꝝ uiroꝝ & tā theologiaē q̄ utriusq; iuris p̄itorū tāq; af fessōꝝ ornatis & fulcitis, corā q̄bus tūc apud acta p̄curatorē sibi, ma gistrū Ioan. Greiff cōstituit in meliori forma. Inquisitor autē ille F. Iacob⁹ nō cōparuit, sed qdā religiosus ut asserbat eiisdē ordiis p̄re dicatorū Ioānes horst de Romburg alias kerspe ab s̄q; & sine māda to legitimo & sufficienti seipsū ī iudicio p̄ntauit cū quodā scripto in forma p̄curatorii quod p̄testabat se nō uelle acceptare in toto sed solū in p̄te ut in actis secundā instantiā fo. xxxiiii quod cū im pugnareē a p̄curatore Ioan. Reuchlin in multis passib⁹ & simul p̄ci hoc q̄ nō cōstaret de licētia sui sup̄ioris cū eēt religiosus & careret aliis requisitis ueri p̄curatori necessariis, ex aduerso p̄fat⁹ F. Ioā nes p̄duxit l̄ras cōmendatitias a F. Iacobo Inquisitore ut dicebat emanatas, quib⁹ p̄tiit oēs christifideles ut huic f̄ri in negociis fidei p̄ficiscenti subueniāt p̄pter deū, quos dict⁹ p̄curator etiā impugna uit allegādo nō eē autenticas & fidedignas & oīno ad legitimā d̄p curatorē imp̄tinētes, Tandē interrogat⁹ est frater ille an uelit p̄re stare cautionē p̄t de iure R̄ndit idē frater neq; se neq; principalē suū teneri ad cautionē p̄standā ex quo eēt ambo fratres mendicantes, quare nec satisfationē nec ullā cautionē p̄stare uellet, ut in actis fo. xlviij, facie secūda. Et idē paulo ante, ut etiā extat ī actis, cōfess⁹ fuit q̄ nō accessisset p̄ utilitate sui monasterii ut ibidē facie p̄ria circa p̄icipiū. Denegata igit̄ cautiōe & euidentiori ac ualidiori p̄curatorio nō ostenso. Dñi cōmissarii ad instātiā p̄curatoris ap pellantis p̄nunciauerūt F. Ioannē Horst p̄ranoiatū nō eē admittē dū. Decreuerūtq; p̄tib⁹ p̄ uultē iori p̄cessū Citationē ad ualuas eccle siae p̄t moris est & stili. Anno igit̄ &c. xliij. die lunā. xx. mensis febru arii hora p̄fixa cōparuit. Mḡr Ioan. Greiff p̄curator reproduxit

citationē in ualuis affixā accusauit contumaciā citatoꝝ nō cōparē
tū. In cōtumaciā petiit decerni prout in materijs suis inscriptis ex
hibitis cōtinet. Et ponunt in actis folio. cxi.

Sequunt materiae pro iustificanda ap
pellatione productae

¶ Ad ostendendū nullitatē processus nuper per F. Iacobū hoch
straten dictū, ordinis praedicatorū ac sacrae paginae pfefforē, hāreti
cāꝝ quoq; prauitatis assertū inquisitorē, ac nōnullos reuerendi in
christo p̄ris & dñi. Dñi Vrielis Archiepiscopi Moguntini &c. asser
tos Cōmissarios institutū & habitū sup quodā libello speculū Ocula
re intitulo, nec nō ad iustificandū appellatiōes per Egregiū uirū
dñm Ioan. Reuchlin LL. Docto &c. ut authorē eiusdē libelli ab eo
rundē p̄cessu interpositas. Inq; omēs alios fines & effectus parti suae
utiliores p̄curator & eo noie supradicti dñi appellantis exhibet &
p̄ducit acta primae instantiae, si modo sic dici merent, quaten⁹ pro
pte sua faciūt & nō aliter, de quo p̄testat. Ex q̄bus uobis uenerabili
bus & Egregiis uiris praesentis cauae apostolica autoritate subde
legatis. absq; extrinseca p̄batiōe euidentissime cōstabit et appare
bit de debito tpe interpositae appellatiōis et alijs requisitis ad for
malia appellatiōis ac de notoria nullitate p̄cessus, simul etiā graua
mina praesatis appellatiōibus inserta probata & uerificata eē. Spe
cialius tñ praemissa ostendendo procurator dicit et allegat q̄ dict⁹
assert⁹ inquisitor suo noie & praesumpta sibi iurisdictione cōfisi⁹, Ci
tationē quādā decreuit in qua praedictū dñm Ioan Reuchlin appel
lantē Stutgardiae morantē ut authorē memorati libelli & interesse
habentē nominatim et p̄emptorie citauit & citari mādauit ad cō
parendū corā se Moguntiae &c. sexta die mane post eiusdē citatiōis
executionē ad uidendū et audiendū super cōtinēt. praedicti libel
li inquiri iuxta tenorē eiusdē citatiōis actis fo. xxii. et sequē. inser
ta. Ex qua patet q̄ eadē citatio p̄emptoria nūcupata nō habuit tria
legitima interualla quib⁹ singulis q̄sq; a Stutgardia cōmode Mo
gunciam uenire potuerit iuxta iuris dispositiōem quod p̄fecto cōsy
derata locorū distātia habitaq; rōne t̄pis, cōditiōis, ac aetatis, dñi ci
tati. iam senio cōfecti patebit t̄ps citationi insertū. Nec pro una di
latione aut simplici citatiōe sufficere praesertim in tā arduo nego
cio Ex qua p̄cipitatiōe nō pua suspicio & iniqtas asserti inq̄sitoris

orif ac nullitas pcessus. Accedit huc q idē assert⁹ inq⁹ sitor praten-
sam suā iurisdictionē fundare uolēs in absentia citati, eoq; minime
uocato, nulliter & de facto, quādā munimēta ac testes desup pdu-
ci & audiri fecit. Sic quoq; iurisdictione sua dubia existente & non
dū legitime fundata pcedere uisus fuit. Patet insup ex eisdē actis q
dñs appellās licet nulliter citat⁹ nolēs tñ præsumptā aliquā contu-
maciā incidere per pcuratorē suū ad id legitime cōstitutū seu uerū
eiusdē substitutū in termino prædicto cōparuit, Et legitimas qual-
dā suspitiōis causas pbabiles cōtra psonā eius iē asserti inquisitoris
in scriptis exhibuit & corā eodē pposuit fo. xliiii. registratas, petens
easde admitti atq; ad cognoscendū de iusticia & ueritate earundem
arbitros iuris eligi, corā quib⁹ se easde in cōtinētū pbatur⁹ obtule-
rat put hęc clare ex actis patēt. Idē tñ assertus Inquisitor cōtra eui-
dentē iuris dispositionē supradictū dñm appellante manifeste & in-
iuste grauādo hmōi suspitiōis causas legitimas & pbabiles repulit.
& dñm appellante ad pbandū non admisit, quinimo p quādā pte
stationē priō fo. xlii. registratā, deinde p prætenā quādā interlocu-
toriā seu decretū fo. lii. reseruata cognitioē & decisionē cōmissariis re-
uerendissimi p̄ris & dñi archiep̄scopis Moguntini inchoatū pcessū
cōtinuare & in inquisitiōis negotio se pcessurū decreuit, cum præte
hmōi facultatē dū iure liceret & si placuerit reassumendi. Ex quib⁹
ptē suā indebite grauātā ex uera & iusta causa ab eodē asserto inq⁹ si-
tore appellatū fuisse & esse.

¶ Insup ad ostendēdū grauamina p assertos cōmissarios Reue-
rendissimi p̄ris & dñi archiep̄scopi Mogun. illata & appellatiōi se-
cunda inferta, pcurator quo supra noie dicit⁹ licet assert⁹ inq⁹ sitor
in præfata prætenā sua interlocutoria cognitionē & decisionē cau-
sæ inchoatæ eisdē cōmissariis certa forma expressa reseruauerit &
in eosdē trāstulisse & delegasse uideat. Verū tñ est q assertus inq⁹ si-
sitor cui⁹ industria electa præsūmit⁹ put ex cōmissiōe prouincialis
sui patere dinoscit⁹. Et quia ipse delegat⁹ alteri subdelegare nō potu-
it maxie ac indubie in casu nō, cū certū sit q inquisitores nō ordi-
narij, sed delegat⁹ itā hēant iurisd. ctionē. Ideoq; idē assert⁹ inq⁹ sitor
& delegat⁹ pposita legitima & pbabili causa suspitiōis cōtra se, non
debit nec potuit, iure prohibēte ad quod pcurator se refert, causā
ipsam sine reculatoris assensu subdelegare nec cōmittere. Vnde cō

nō constat ipm recusantē huic cōmissiōi cōsensisse. patet eandē nul
lā fuisse & de facto. Nullāq; iurisdictionē ab eodē asserto inq̄sitore
in eodē transfusā. Vñ p̄cessū ipsius etiā proprio noīe institutū con
tinuare nō potuerūt. Præterea nō cōstat ex actis eisdē Cōmissa
riis a reuerēdissimo p̄te & dño archiepo Moguñ. Cognitionē ali
quā aut iurisdictionē seu facultatē inq̄rendi cōtra libellū intitula
tū Oculare speculū datā seu cōcessam. Legenti ei cōmissionē eisdē
p̄ntatā fo. xviii. & sequē. descriptā, claret ad oculū q̄ eisdem nulla
causā cognitio sed nudū ministeriū & executio l̄ray impialiū seu
Cæsareæ maiestatis sub data cōfluētia. Anno .M.D.xiii. In actis fo.
lix. subdelegat̄ seu cōmittit̄, Verū in eisdē l̄ris uel impiali mādato
de libello prædicto Oculare speculū nūcupato nulla fit mētio. Sed
ali⁹ quidā libell⁹ q̄ cōtra facultatē theologicā Colonien̄. edit⁹ dicif,
supprimi mandat̄, nec fundat iurisdictionē eorundē q̄ primū man
datū ab eadē Cæsarea maiestate emanatū fo. lii. prædictū libellum
seu uerius consiliū eidē insertū cōplectif̄ cum pateat ex eodē man
dato q̄ nulla suppressio uel extinctio eiusdem libelli siue consilii
mandetur. Nec imperator tale mandatū siue cognitionē, ut per cō
missarios gestū apparet, mandare aut delegare potuerit uel p̄suma
tur, cū sit materia fidei ut ipi aiunt, & ecclesiastica, que nō ad forū
suū sed ut ait canon ad Petrū pertineat. Præterea nemo dubitat
quin eadem mandata ad importunam instantiam aduersariorum
emanauerint supradictōq; domino appellanti cōtra eodē loc⁹ ex
cipiēdi ac p̄ incipē meli⁹ informandi patere debuisset. Sed ex actis
minime constat ipsum appellantē ad prædicta faciendū legitime
citātū fuisse. Vnde necessario sequif̄ q̄ prædicti dñi Cōmissarii nul
la iurisdictione suffulti & fines ac limites mandati egrediēdo nul
lirer uel saltē inique ac parrē enormiter uel ignoranter lædendo p̄
cesserunt. Postremo præter supradicta ex actis p̄ductis clarissime
cōstat q̄ licet sæpe nominati dñi Commissarii nullā cognitionem
seu iurisdictionē ad actū præsensū ut p̄mittitur habuerunt. Nihilo
minus tamen ipsi ad importunā instantiam præfati asserti inq̄siti
toris qui suspicionem personæ suæ in odium priuatum demonstrā
do, de iudice factus est accusator & denunciator siue ut ipsemet
ait delator, contra libellum supradictum Oculare speculum inti
tulatum temere & de facto siue iniuste iuris ordine prætermisso p̄

cesserunt eodē uidelicet appellante ut autore eiusdem & interesse habēte nunq̄ uel ad aliquē actum legitime citato siue uocato, quod tamen fieri debuit, p̄sertim cum idem libellus ut intuenti patet, nihil notorie cōtra articulos fidei, cōtra sacramenta ecclesiæ, aut alias notorie doctrinā & opinionē ab ecclesia ut hæreticā damnatam asserat, aut credendū doceat, faueat uel defendat, per quod eidē dño appellanti oēm defensionē cōtra diuina humanaq; iura, p̄sertim in arduo negotio abstulerūt prout grauamē istud ex actis p̄ductis notorie apparet. Nullæ em̄ citationes cōmissariorum in eisdem nisi in ualuis ecclesiæ maioris siue in tabulis affixæ inueniunt, & tā breui spacio cōclusæ, q̄ tempus etiā Moguntiæ residenti ad deliberandū in tam arduo negotio & p̄cipuo processu nō suffecisset, nec ad noticiā appellantis peruenire potuerūt, nec potuerūt p̄dicti cōmissarii ignorantia p̄tendere. Sciebant em̄ ex inscriptione libelli actis inserti ip̄m dñm Io. Reuchlin appellantē eiusdē autorem, & in eodē negotio legitimū cōtradictorē esse atq; condemnationē eiusdē libelli in grauamen & intolerabilē læsionē, infamiā atq; iniuriā ipsius redundare, prout per p̄curatorē suum ad proponēdas causas suspicionis constitutū de iis & de ignorantia principalis sui nō citati plene p̄moniti fuerūt prout in actis fo. liiii. & sequē. Ex quibus sequit̄ & patet q̄ dñs appellans tanq̄ interesse habēs merito citandus fuisset, & ab eodē processu & grauaminibus supra dictis pro suo interesse legitimā causam appellādi habuerit, Vnde cū supra dicta grauamina cōtra ius manifestū illata & appellatiōibus inserta, & alia multa ex actis productis euidentissime cūctis legētib; pateant & colligi possint, neq; pro uerificatiōe eorūdem uberiori probatione opus sit, su per quo se procurator ad ius refert, petit p̄curator quo supra noīe per uos uenerabiles egregios & circūspectos uiros hui⁹ causa subdelegatos iudices seu cōmissarios p̄nūciari & decerni nulliter uel saltē iniuste & iniuste p̄ assertū Inquisitorē ac cōmissarios supra dictos p̄cessum, & pro parte sua bene & legitime appellatū fuisse & esse, ac eiusdē asserti inquisitoris p̄cessum post p̄positionē legitime suspicionis, & p̄sertim subdelegationē, eorūdq; subdelegatorū & cōmissariorū p̄fatorū p̄cessum, oīaq; inde subsequuta nulla & irrita fuisse & esse, uel saltē per uiam attentatorū & innouatorū post legitimam appellationem, & ex probabili causa emissam, cassanda, irritanda

& reuocanda fore & esse, ac cassari & irritari & reuocari, nec nō cau-
sam principale iuxta cōmissiōis tenorē apostolicæ ad reuerēdū dñm
Spireñ. &c. & P. V. subdelegatos deuolutā, inq; eadē procedendum
fore & esse. Supradictumq; fratrem Iacobū Hochstraten assertū in-
quiritorem ex aduerso appellatū principalem in expensis huc usq; pro-
pter hmōi nullū aut iniquū ac iniustum processum per appellantē
factis damnis passis & interesse, condemnandū fore & cōdemnari.
Et ad satisfaciendū de hmōi expens. damnis & interesse cōpelli, iusti-
cia mediante. V. P. officium circa præmissa humiliter implorando
ac sibi in de & super præmissis omnibus & singulis cōiunctim & di-
uisim iusticiam, & quod iustum fuerit decerni & ministrari.

¶ Postea cum dñi Cōmissarii p̄habita deliberatione se de senten-
tia ferenda resoluisent, uocatis partibus. Et magistro Ioāne Greiff
recōparente, ac in p̄sentia fratris Ioannis Horst ex aduerso asserti
p̄curatoris similiter cōparētis, tacentis & nil cōtradicientis interlo-
qui. & iuxta petita decerni iterum petente, domini Commissarii in
terloquendo decreuerunt in hunc qui sequitur modum.

¶ V. in his adis interloquēdo decernimus causam & causas appellatio-
nis & appellationū pro parte egregii uiri dñi Io. Reuchlin. L.L. do-
ctoris appellantis principalis ad sanctam sedem apostolicam inter-
positā & interpositarū rite & legitime fore & esse deuolutas. Et no-
bis p̄textu apostolicarū in forma breuis, & subdelegatiōis literarū
nobis præsentatarum, iurisdictionem competiisse & competere. Et
in causa huiusmodi ad ulteriora prout de iure procedendū fore &
esse. Prædicta sententia sic l̄ta, assertus inquisitoris procurator mā-
datum quoddam in scriptis exhibuit sigillo curiæ episcopalis Colo-
niensis munitum, ac per notarium eiusdem consisto: ii subscriptum
& signatum, in quo continebatur ratificatio & approbatio prioris
constitutionis & actorum, & quatenus fuerit opus, noua constitu-
tio & licētia datio eiusdem fratris & cuiusdam alterius lectoris cō-
uentus Vuormaciensis cui tunc præsentī frater Paulus prior co-
ram dominis subdelegatis licentiam dedit. Et licet quilibet eorum
insolidum fuerit constitutus, ipsi tamen ambo simul uirtute iam di-
cti mādati petitionem nescio quam produxerunt, ac demum exce-
ptiones, in scriptis cōtra rescriptum & appellationes. Procurator ue-
ro partis appellantis replicauit articulum appellationis expeditū,

ac sententia subdelegatorum discussum, quare predicta petita esse repellenda &c. Quatenus uero exhibitum, mandatū & lectum dñis subdelegatis quibus procurator appellantis se submisit sufficiens uideretur, petiit eisdem procuratoribus pramemoratis p̄sigi terminum libellandi in principali causa in feriā secundā post dominicā Reminiscere. Tandē post multas altercationes subdelegati phabita deliberatione inhaerentes priori sententiā, p̄fixerunt utrisq; partibus terminū libellandi in feriā secundā supra petitā. Quo audito procuratores inquisitoris denuo priora producta & exceptiones repetebant petentes restitui. Procurator appellantis generalia contra replicauit. Super quo demum dñi subdelegati responderunt se uelle inhaerere iam latae sententiā & p̄fixioni termini ad libellandum. Mox procuratores Inquisitoris appellati exhibuerunt duas schedulas priorum appellationū, uti asserbant correctorias, ac etiam tertiam appellationē in scriptis petentes sibi respondere de apostolis. ¶ Subdelegatis autē de dandis apostolis deliberantibus, Ioannes Pfefferkorn iudaeus baptizatus qui tunc una cū predictis fratribus p̄dicatoribus aderat schedulam quandā impressam continētem sententiā Colonensium cōdemnatoriā Ocularis speculi super quo iam in lite contendebat, publice in aula ante auditoriū affixit cuius tenor sequitur & est talis. ¶ Christi crucifixi nostra opprobria suā incarnationis, & amarā passionis mysteriis delētis nomine inuocato, pro tribunali sedentes, & solum deum & eius iusticiam & religionē p̄ oculis habentes, ipsiusq; in religionē diuinam, quae in omniū tendūt iniuriam, cōmissa opprobria, ac haeretica, & superstitiōnis in uia, inulta dimittere nolentes, in causa inquisitionis contra Speculum oculare Io. Reuchlin inscriptum in processu causae clari us designatum instituta, citra tamē ipsius auctoris notam, quem ab eius humilem submissionē & alia eius laudabilia scripta pro catholico habemus. Potest nanq; nō haeticus dicta haeresim sapientia scribere, ut de abbate Ioachim apud iura cōstant per hanc nostrā diffinitiuā sententiā quā actis, causae meritis, diligēter uisus & reuisus, theologorū & iurisperitorū nobis cōmunicato cōsilio, pariter & assensu ferimus in his scriptis, pronunciamus, decernimus, & declaram⁹, memoratū libellum haereses sapientē, & errores multos cōtinentē perfidis iudaeis plusq; deceat fauorabilē, ecclesiae dei iniuriosum, ac sacris ecclesiae doctoribus irreuerentialē christifidelium maxime sum

placitū scandalifatiuū, ipsumq; p̄pterea, scriptura seu impressoria ar
te per Colonien. diocesim multiplicatā, cōmuni hominū usui inter
dicendū, cōdemnandū, supprimendū, tollendū, ac igni publice con
cremandū, prout interdiximus, cōdemnamus, supprimimus, tolli
mus, pariter & igne cōcremari precipim⁹. Lata & executā est publi
co incendio Coloniae hęc sentētia in die Scholasticę uirginis &c.
anno. xiiii. ¶ Qua schedula sic publicata procurator doctoris Io.
Reuchlin eam affixionem propria temeritate in palatio principis
absq; alicuius autoritate factam, & in contemptū iurisdictionis ep̄i
Spiren. ac dñorū subdelegatorū uergentē, quibus causa hęc specia
liter delegata reperit, cum inhibitione apostolica omnibus aliis iu
dicibus factā, ad noticiā eorundē subdelegatorum deuoluit petens
declarari eundē incidisse sententiā excommunicationis inhibitioni
insertam &c. ac sibi inhiberi ne talia in futurū attentaret, protestan
do etiā de iniuriis suo principali illatis post multas altercatōes dñi
subdelegati eundē Pfefferkorn de pfata inhibitione certificantes,
specialiter eidem inhibuerunt sub pœna excommunicationis &c.
¶ Et sic de apostolis dandis receperūt terminū iuris, & f̄naliter de
derūt refutatorios. Interea D. Io. Reuchlin pars appellans cum sta
ret cū Inq̄sitore in iudicio, & eodē tpe se a fratribus p̄dicatorib⁹ Co
loniæ sentiret per affixionē & publicationē pfatę nullę aut saltem
iniustę sentētię in absentia sua eo ignorāte nulliter aut inique ab
ipsis lata ubiq; diffamari, coactus est p̄ tuitiōe honoris & famę suę
aduersus eos & cōtra p̄memoratū siue nullū seu iniustū, iniquū, in
iuriosum infame iudiciū, in lingua germanica etiā in oib⁹ locis in
signibus, p̄cessus eorū & nullitatē seu etiā iniquitatē ipsorū publi
ce p̄ imp̄ssas lras p̄palare. Quę quidē scriptura iter cetera se quoq;
fundabat sup̄ istis atq; talib⁹ in iure ratiōibus. Primo q̄ tūc actu in
hac causa iurisdictionē nō habeāt eo q̄ cōmissio sp̄ealis excludit ge
neraliter nō p̄tendit a idē negociū. Itē q̄ lite pendēte nihil est innouādū. Itē
q̄ in inhibitione publica eis publicata tā ipsis q̄ oibus aliis iudicib⁹ ade
mit in hoc negocio iudicādi potestātē. Itē qd̄ iudex Inferior papa re
debet personaliter citari. Itē q̄ eū persona pōt facile haberi
eiusdē negocii alter sine. Item q̄ nō potuerūt inquisitores unius &
¶ Item q̄ Inquisitor p̄dicator nō potest procedere sine ordina
tio loci ad sententiā diffinitiuam, q̄ in hoc casu factum est.

¶ Item q̄ nō ualet sententia a iudice excōicato lata sicut iste inquisitor fuit, quantūuis nō fuerit denunciatus.

¶ Itē q̄ inquisitoris facultas nō extendit se nisi ubi est hæresis manifesta expressa & condemnata, sed hic casus fuit eis dubius, quia miserunt eū ad uniuersitates disputandū & consulendū, ergo debuit referri ad beatū Petrum.

¶ Item inquisitores & fratres prædicatores nō habent potestatem realiter & cū effectu comburendi, sed secundū iura debet committi brachio id est iudici sæculari.

¶ Itē omnibus hominibus est notū, q̄ hoc processit ab inimicis hostibus & suspectis de quibus loquit̄. c. secūdo requirit̄. s. tertio postulas. extra de appel. his uerbis, ipsa namq; ratio dicit q̄ suspecti & inimici iudices esse nō debent, hæc & similia præfatus doctor Ioannes Reuchlin asseruit esse notoria & manifesta ut p̄batione ulteriore non egeant & simul super ius fundata. ¶ Dū hoc negociū decremādo libello a fratribus prædicatoribus Coloniae cōtra inhibitionem apostolicā atq; tunc eadē lite causa & appellatiōe pendente tractaret̄, fuit quidā ex amicissimis eorū magis de honore tanti & tam uenerabilis ordinis sollicitus qui præcauere ipsorum infamiam futura pericula uolens in hæc ad illos scripsit uerba.

S. D. P. Egregii & doctissimi patres & domini mei Colendissimi Ego natura scire desyderans ab ineunte usq; huc atate libenter rerū causas scrutor, & quantū queo circa ueri inueniendi semitā uersor. Quare cū nuper Oculare speculū d octo. Ioannis Reuchlin legerē qui liber in uno & eodē corpore cōpositus est ex consilio de iudæo rū libris concremādis eiusq; declaratione latina & Teutonica & sic publice impressus, audire deniq; a q̄ plurimis q̄ uos cupiatis eundē librū concremare ac igni tradere, tum cōmouit me sciēdi studium & amor ueritatis Etiam si doctor ille mortuus esset cuius noticiā nō habeo, ut hæc a paternitatibus uis neutri pri affectus uobis esse igni licet ob quam potissimū causam uos puteris eundem librū concremare tradendū. Ex quo non dū uiderim esse status reprobatus, sed potius reprobata lectionis, sed reprobati sunt hæretici, famosi, magici. Qui dudum expressè reprobati sunt a iure. De iis aut̄ qui nondū sunt iure aliquo adhibendum prohibiti, uidet̄ q̄ etiā si essent uitandi, tamē nulli sunt cōcremandi. Nūc uero cū

pace uestra & bona uenia loquor Oculare speculū nō approbat ma-
gica sed damnat fo. xiiii. & famosa scripta igni tradenda iudicat fo.
ii. Et hareses detestaf. librosq; hareticoꝝ p̄nunciat esse comburen-
dos fo. xii. Cūq; idē liber Oculare speculū dict⁹ nihil assertiue neq;
pertinaciter diffiniat sed oīa ecclesīa determinatōi subiiciat, et nō
extrinsec⁹ aut seperatim, sed intrinsec⁹ in eodē suo corpore p̄testaf.
pro nō scripto habendū quicqd ecclesia nō recipit. Nō sicut Abbas
Joachim qui cōtra expressam sacræ scripture ueritatē diffiniuit, in-
famādo nihilomin⁹ Petrū Lombardū de haresi, & post i' lū suū tra-
ctatū separatim & nō incōtinēti per quādā singularē epistolā oīa
sua scripta subiecit sedi apostolicæ. Vñ papa ipsemet ad quē hoc spe-
ctat, libellū damnauit, sed nō ideo inferiori se, talia facere permisit
Iste autē liber Ocularis speculi seipsū papæ submisit & incontinenti
& in eodē corpe nō per aliquod extraneū. Satis igit̄ uidet̄ nullā hæ-
resim docere, astruere, ac adharendo affirmare. Immo nullā mani-
festam haresim simpliciter cōtinere, cū sit constitut⁹ ex tam clara
tamq; lucida declaratiōe nō solū in lingua latina, sed etiā teutoni-
ca. ut oīa coniunctim lecta neminē piar̄ auriū iudicio p̄reditū pos-
sint scādalisare. Nisi uelitis separe declaratiōē a declarato, q; si hoc
liceret, rogo quātas cōtineret uetus biblia hareses ablato nouo tes-
tamēto. Et in eodē nouo testamēto uidete an bene sonaret Pater
maior me est, si auferret̄ quod sequit̄ Ego & pater unū sum⁹. Quis
tū esset s. Augustin⁹, si libri retractationū ab aliis suis scriptis detra-
herētur. Quis esset Thomas de Aquino si Capreol⁹ adimeret̄. Et in
iure quid essent libri digestoꝝ si Iustiniani codices nō extarēt. Et nu-
per Alexandro papa sexto Cōclusiōes Mirandulæ propter ei⁹ decla-
rationē nullū incendiū periculū nullā passæ sūt repulsam. Sic uidet̄
in oīi pene facultate. Idq; maxie in facultate theologica. Quod si
dicat̄ multa ex eo libro posse per rōnē elici erronea, scandalosa, hæ-
reticalia, certe meo arbitrato formidare debem⁹, ne talis act⁹ elici-
endi, etiam sit erroneus, qua propter ne innitatur prudentiæ no-
stræ hoc iure cautū est expressis uerbis quotiens ratio fidei uentila-
tur quod tunc neq; ipsoꝝ neq; inferiorū aut æqualiū est cognitio,
sed causa est ad Petrum referenda, id est ad sedē apostolicam. Quare
multum ego & q̄ plurimi mecum præstantissimi uiri dubitamus
quæ sit causa q; tam uehementer laboratis ut uos ipsi uos persona-

D

liter eū libellū cōburetis. Peto igit̄ q̄ humilime ut ea in re me per
hūc nunciū uestro responso certiorē faciatis, ut in cōgregatiōe mul
torū de hac re loquentiū uestrū honorē disputando possim defen
sare qui semper in laudem & obsequium ordinis uestri sum para
tissimus Valet. Sed nulla pramonitione, nullaq; inhibitione, fra
tres illi Colonienses prænominati poterant neq; uoluerant ab illo
suo proposito auerti quod sibi, ut aiebant, prius in Moguntia con
cepissent. Igitur feria secunda post dominicā Reminiscere ad ho
ram præfixam comparuit procurator Docto. Reuchlin corā præfa
tis iudicibus subdelegatis faciens om̄ia iuxta citationē prius publi
ce emanatā. Et in uim illius cōtra & aduersus prænominatū inqui
sitorem hunc qui sequitur libellū noīe sui principalis p̄posuit.

¶ Ex registro Actorū secundæ instantiæ fo. clxxv. Libellus lo
annis Reuchlin LL. Docto. coram Iudice apostolico in
secunda instātia super Oculari speculo contra fratē
Iacobū hochstraten Inq̄sitorē p̄positū, quādo in ter
mino utriusq; p̄ribus d̄to ad hinc inde libellādū fra
ter ille neq; libello suo in prima instantia pro
posito adahsit neq; de no
uō libellauit.

Corā uobis uenerabilib; uiris p̄stātissimis causæ cui⁹ ap̄lica autho
ritate subdelegatis iudicib; siue cōmissariis p̄curator & eo noīe Egre
gii & eximii uiri Io. Reuchlin LL. Docto. &c. defensur⁹ quēndā libel
lū ab eodē doctore editū & Oculare speculū intitulatū a quorūdā
sibi hac in causa aduersarioꝝ calumniā ac p̄uersa atq; sinistra inter
pretatiōe ac diffamatiōe. In primis & añ om̄ia noīe & ex speciali cō
missiōe eiusdē principalis sui repetit ac p̄ repetitis haberi uult oēs
& singulas p̄statiōes per eundē ante hac in singulis suis libellis præ
sentē causā tangētib; factas & insertas potissime uero q̄ in hac iudi
ciali indigine quæcūq; aut quibuscūq; per eundē aut eiusdē nomie
uerbis facta uel scriptis exhibita, uel in futuꝝ p̄ponēda aut exhiben
da quinimo in tota uita sua omnib; scriptis & dictis suis præteritis
& futuris, Nihil sensisse, dixisse, scripsisse uelit, nisi & quod & qualiter
sentit & uult ecclesia Catholica & ei⁹ caput summ⁹ pontifex. Cui ac
etiā uenerandis paternitatib; uŕis om̄ia in prædictis quæ sūt fidei
atq; morū dicta & dicēda subiicit. Quā p̄statiōem in omnib; & sin

gulis proponendis & faciendis tota hac in causa & singulis articulis in principio medio & sine semp̄ repetitā haberi uult, de quibus solenniter & expresse prestat. Qua prestatōe prauia eidē inhærendo neq; ab eadē aliquo modo recedendo. Procurator quo supra noīe cōtra & aduersus quendā F. Iacobū hochstrateñ ordinis prædicatorū ac Theologiae p̄fessorē in præsentī causa aduersariū ex aduerso principalē nec nō oīnes eidē adhæretes ac sua interesse putantes seu pro eisdē in iudicio legitime cōparētes per modū libelli seu uerius sumariae petitiōis ac simplicis facti narratiōis om̄ibus melioribus. mō uia stilo iure & ordine, quib⁹ melius & efficacius potest & debet, dat facit & exhibet positōes & articulos subscriptos, omniaq; & singula in eisdē cōtenta tam coniunctim q̄ diuisim. Quibus singulariter singulis sibi in hac causa aduersarios, si mō aliq; legitime cōpareant & quatenus opus sit & nō aliter, clare & sufficiēter rēdere seq; & partē suā ad pbandū necessaria dumtaxat admitti petit, de quib⁹ & q; pbata releuent ac si nō plura nec aliter posita forēt solenniter & expresse prestat. In primis ponit & dicit, q; propter hunc libellū quē corā uobis hic & nūc exhibeo, a quo d. Iudæo baptizato cognomine pfefferkorn cōtra honorē & famā Egregii uiri Docto, Ioan. Reuchlin principalis sui editū & cuidam p̄fessori theologiae studii Coloniensis adscriptū, per impressionē uniuersis publicatum, & in nundinis Francofordiēn. passim sub nomine Manualis speculi uenditū & emptū. Idē D. doctor principalis suus necessitate coact⁹ ad defensionē honoris & famæ suæ etiā hūc suū libellū excusatoriū, sub noīe Ocularis speculi, quē similiter corā uobis nūc quoq; exhibeo, cōposuit edidit & incōtinenti post prædictū libellū famosū in proxime sequentib⁹ Nundinis Francofordiēn. ad manifestandū innocentia suā cōsimiliter publicauit. Itē q; idē libellus excusatori⁹ Oculare speculū inscript⁹ in uno & eodē corpore ex declaratiōe Teutonica i inuētario uel indice a principio posita, & narratiōn. gestorū & quodā cōsilio de libris iudæorū cōcremādis ad mādātū Imperatoris ac Archiepiscopi Mogūñ. factū. Et disputatiōn. Scholastica loco declaratiōis latinæ habita. Et r̄siōne ad p̄fatū libellū famosū data cōiunctim simul & in eodē tempore ab eodē principali suo editus est & sic publicatus. Item nelaici qui latinum sermonem non intelligerent aliquo modo possent in re tam noua de Iudæorum

libris per imperatorem cōburendis prius ab ecclesia catholica non
dū determinata. scandalizari, p̄fatus doctor principalis suus idē ne-
gociū prosequēdo in cōtinenti libellū suū Oculare speculū quadā
etiā teutonica & uulgari declaratione cōpleuit, cuius cōtinētia siue
initiuū usq; ad §. Itē das wort secta appellandū est & allegabit primū
notabile. Deinde iā dictus uersiculus Itē das wort &c. dicit primū §.
Et om̄ia. Item & item sequētia dicunt paragraphi. Et illud idē Ocu-
laris speculi cōplementū etiā publice & multipliciter imp̄sum. In
nundinis quoq; Frāncofordiēsis una cum suo Oculari speculo est
oibus uolentibus passim & publice uenditū & emprū sicut in his ex-
hibitis licet intueri. Item q̄ Oculare speculū est unus & idem liber
sui ipsius declaratiuus ex declarato & declarationē. tā latina q̄ teuto-
nica integraliter cōstitutus ut patet intueti ex eius inuētario ab ini-
tio imp̄sso. Item q̄ om̄is declaratio eiusdē libri cōpleta, publicata,
imp̄ssa, & in nundinis Frāncofordiēsis uniuersis uēdita est anteq̄
aliquis iudex siue ordinarius siue delegatus per denūciatiōem, uel
per accusatiōem, uel per inquisitionē, de ulla sinistra suspiciō. Ocu-
laris speculi audiuisset, ut patet ex data libri & data citationis p̄ten-
si inquisitoris in priore instantia. Item q̄ p̄fati Ocularis speculi cō-
positio cōpleta est per declarationē, nō absq; noticia & sciētia theo-
logicae facultatis Colonien̄. cuius tūc F. Iacobus ordinis p̄dicatorū
decanus fuerat, ut patet ex Coloniensi libello inferius offerēdo, qui
incipit Articuli, in eius p̄logo ad imperatorē, facie prima circa me-
diū, ibi. Ipse autē. Et de decanatu aduersarii est notoriū. Item ponit,
salua tñ priori p̄testatione, q̄ quanq̄ Oculare speculū ex declarato
ut p̄missum est & declarationē. cōpilatū, nullā doctrinā aut opinio-
nem cōdemnatā haresim sapientē, uel ab ecclesia publice reproba-
tā cōtineat, aut credendū asserat, nihilominus tñ idē F. Ia. de Hoch-
straten, tūc cū esset Coloniae decanus, post om̄ia supradicta cū aliis
suis collegis theologiae facultatis p̄fessoribus Coloniēsis cepit
diffamare & diffamauit eiusdem doctoris Ioan. Reuchlin Oculare
speculū per quendā suū mandatariū Arnoldū de Tungari, sicut in
hoc eiusdē libro diffamatorio cōtinet, quē V. P. simul etiā offero &
exhibeo, & incipit seu intitulat Articuli. Item q̄ super eadē diffama-
tiōē. idē principalis suus doctor Io. Reuchlin expurgationē suffici-
entē cōposuit. sub nomie defensionis publicatā & publice uniuersis

uenalē exhibitā per quā merito p̄fatus Iacobus debuisset esse & be-
ne fuisset de innocētia libelli Ocularis speculi satis instructus, quā
defensioem etiā hic corā uobis offero & exhibeo. Et incipit defen-
sio Io. Reuchlin: Omnes isti libelli quos noie p̄curatorio P. V. iā exhi-
hui & exhibitos atq; oblatos esse uolo cōtinē. in foliis. 154. imp̄ssis,
q̄ peto registrari manu notarii, & per cordulā transfixā sigillari ad
cautelā. Item q̄ illis oibus nō obstantibus, & post omnia supradicta p̄-
fatus F. Iacobus tandē p̄tendens se esse inquisitorē Moguntinæ pro-
uinciae, diffamauit eundem libellū doctoris Io. Reuchlin in multis
puinciis ecclesiis & publicis locis per quandā p̄tensam citationem
ualde iniuriosam ubilibet affixam, ac p̄dicatioem in cōgregatioē,
multorū populorū pmulgatā, in qua dixit, scripsit & affirmauit se
cognouisse Oculare speculū Io. Reuchlin certas cōsultationes, p̄-
positiones seu cōclusiones erroneas, & a fidei catholica ueritate ex-
orbitantes & extraneas, in iudaicā perfidiā fauorē propensas, in or-
thodoxā ecclesiā doctores min⁹ q̄ decuit reuerētiales, in sacro san-
ctam ecclesiam cōtumeliosas, uarios errores cōtinētes, in fide suspe-
ctas & hāresim sapiētes cōtinere, quod tñ non est uerū ut infra pate-
bit, citādo Moguntia ad uidendū dictū libellū tanq̄ erronea & de si-
de suspecta cōtinētē supprimi, tolli & dānari, ut patet ex citatiōe
sua, actis primæ instātiæ inserta. Item q̄ p̄fatus F. Iacobus eo tūc nō
fuit inq̄sitor Moguntinæ puinciae nec potuit esse, licet se ita noia-
uerit, & si a suo puinciali fuisset ad hoc deputat⁹, tñ nō fuit capax of-
ficii inq̄sitionis in puincia Mogūtina, quod est notoriū & notorie
patet ex cōstitutionibus ordinis p̄dicatorū sub titulo de p̄dicatori-
bus capitulo xii. §. Item dicimus de inq̄sitoribus. Quia est extranea
linguā Hochstratenlis inferiorista, qui a cōmuni uulgo Mogūtinae
prouinciae altæ Alemaniae nō intelligit sufficiēter. Sic em̄ dicit cō-
stitutio. Item dicimus de inq̄sitoribus hāreticæ prauitatis nō insti-
tuēdis qui sufficiēter in locis suae inq̄sitionis nesciūt p̄dicare. Quod
si secus factū fuerit, nullius sit roboris aut momēti, quare nō potuit
hoc facere rōne officii. Item q̄ p̄fatus Iacobus diffamauit p̄dictū
Oculare speculū de uulgata fama iudaicā perfidiā, cū tñ ipse met
cū suis cōplicibus & cū suo iudæo baptizato per libellos suos famo-
sos supra exhibitos, nec euāgelii, nec iuris ordine seruato, eiusdē cla-
moris & famae nō legitimæ, utputa a malinolis orta primi autores

fuerint, sicut patet in principio libelli famosi ipsius Pfefferkorn in prologo ad Arnoldū. Et in prologo eiusdē Arnoldi ad imperatorē in libello suo qui incipit Articuli, prima facie circa finem, ibi, uisum fuit magistris.

¶ Item q̄ idem frater Iacobus diffamauit dictum Oculare Speculum iactando se de multarum Vniuersitatum consiliis cuius ipsum ut affirmauit conscriptis, cum tamen nulla uniuersitas contra ipsum Ocularis speculi librū scripserit. Sed quia facultas theologia Colonienfis declarationē a declarato abscedit, abstulit, detruncauit ac separauit, & ex declarato nihilominus quādā ad eorū sensum ut uolebant detracta & excepta solūmodo facultati theologicæ Erfordensi in xix. chartis. Et Louaniensi in xvi. chartis, & sic fragmenta tñ & non integrū librū obtulit, ideōq; earūdem facultatū quidā professores contra memoratū libellum fraude inducti & errantes consuluerunt.

¶ Item q̄ idem frater Iacobus ut facilius dolose & fraudulentē diffamaret, i. se eum librum Ocularis Speculi discidit, in folia diuisit & detruncauit & separauit partes eius integrales ab inuicem & abstulit declarationem a declarato, ut patet inspectioni oculorum in actis, ubi etiam solis usus est fragmentis, & non toto Oculari speculo prætendēs & uolens declaratū, separatū absq; declarationē. libelli, detribus lacerare, ac igni tradere, quod nullo iure sibi permittitur, cum quilibet libellus quantūcūq; ineptus ante litis contestationem possit emendari multo magis ante omnē citationē. Et dato non tamen cōcesso q̄ in eo cōtenta fuissent hæretica manifesta, tamen licuisset corrigere anteq̄ essent delata uel accusata coram iudice, ut docet Card. etiam testimonio Genze. in cle. ad nostrā, de hæreticis ver. penul. libi. cum aut. Nam si hoc liceret, quid esset uetustetamentum ablato nouo. Quid esset nouum testamentum si folium a folio posset detruncari & auferri. Si quis audiret, pater maior me est, & non etiam audiret. Ego & pater unū sumus. Quid esset sanctus Augustinus sublati & suppressi retractationum suarū libris. Quid esset Thomas sine Capreolo. Sic Alexander papa. vi. comitem Mirandulanum propter eius declarationem absoluit. Sic eiusdem propositiones ab incendio manserunt impunes. Et sic de

pluribus aliis, ita in ecclesia fieri consuetis. In hoc etiam libello sequuntur diffamationes fratris Iacobi Hochstraten in libello suo accusatorio in actis cōtentæ.

¶ Item q̄ idem frater Iacobus uolens se ex iudice simul etiam facere delatorem diffamauit Oculare speculum de fauore iudaicæ perfidiæ per quosdam prætenso articulos, quos Moguntia in libello accusatorio legendos obrulit, ex quibus fauorẽ iudaicæ perfidiæ cūtra Oculare speculũ pbare conat̄, & primo q̄ Oculare speculũ cōparauerit iudæos christi fidelibus in ciuilitate, ubi F. I. a. more suo tacuit ueritatẽ illã, scilicet, q̄ idẽ Oculare speculũ in argumẽto iii. his uerbis sic dicit: Volui ego eos tãtũ esse ciues nobiscũ id est subiectos Romano imperio, sicut exp̄sse in cōsilio meo dixi in prio argumento ad partẽ negatiuam. Non autem ut aliquem eis honorem nobis conuenientem illis præstarem. Hæc ibi. Consimiliter & clari⁹ habet̄ in declaratiõe uulgari. §. iii. ibi. Itẽ durch das wort burger. Ne hoc inducit fauorem iudaicæ perfidiæ. Nam esse ciuem uel non esse ciuem non est questio theologiæ sed meri iurispositiui. Secundo dicit frater Iacobus Oculare speculum continere q̄ z execrabilis oratio illa Velameschumadim contra christi ecclesiam non oretur ubi omisit & tacuit ueritatem illam uidelicet, quod in eodem libro Ocularis speculi de hoc in decimo argumento continetur his uerbis. Et sic disputauit de proprietate grammatica uerborum & uocabulorum, non de ueritate negocii principaliter. Et uolui q̄ præcise ex uerbis illius orationis absolute si non alia accederent testimonia non posset illa oratio acceptari & intelligi q̄ sit contra nos, licet ex assumptis in argumento posset quædam præsumptio contra eos haberi quasi illa oratione uterentur contra nos. Hæc ibi. Per quod etiam responsum erit ad epistolam nobilissimam, ubi hoc præsumptiue, sed hic proprie & uere intelligitur. Et clare in solutione argumenti xv. & xvi. & adhuc clarius in declaratione uulgari, q̄ intelligi debeant secundũ grammaticam proprietatem, ac etiam quo ad logicam & mores & iura, scilicet q̄ ea uocabula quæ possunt in bonum & malum interpretari nunquam debent interpretari in grauissimã hominũ perniciem. De hoc uideatur in teutonica declaratione. §. ix. x. & xi. Et finaliter an iudæi

- utant cōtra nos aut nō utant, nō est questio fidei sed meri facti.
- 3 Item q̄ idem frater Iacobus diffamauit Oculare speculū q̄ sit in christianos & christianā ecclesiā irreuerentiale & nimis iniuriosum nouā Iudæis i nos christifideles insultādi materiā fouēs admistrās & præbens quod sic probare conat̄, Quia Oculare speculū nitatur astruere fo. xv. pa. i. Iudæos s̄. cundū tenorē iuriū dicere & scribere posse, dei ecclesiā quot annis in sacra Parasceues die mentiri, dum orando dicit Oremus pro perfidis iudæis. Ibi F. Iacobus uerba Ocularis speculi peruerse ac aliter recitat quā scribuntur, Nam idē Oculare speculū in argumēto, xlvi, sic ait. Nō dixi nec dico q̄ sint excusandi, sed q̄ aliquis posset eos uelle excusare quodam colore. Non em̄ affirmo q̄ uere tales excusarentur, hæc ibi, Verba aut̄ prout in teutonico sūt leguntur latine de iudæis sic, adhuc posset aliquis se uelle excusare q̄ talia nemini ad iniuriā sed sibi ipsis ad defensionē fecissent. Ex quo nos eos om̄i anno in nostris ecclesiis in die parasceues publice uituperam⁹ perfidos iudæos hoc est fidei fractores, & iuxta uerū teutonicū, qui neq̄ fidem neq̄ fidelitatē seruant, tunc possent ipsi super hoc inter se ipsos dicere iuxta cōtinentiā iuriū sic ipsi mentiunt̄ nos nostrā fidē nunq̄ fregim⁹. iuxta determinata Panor. in c. cū te. extra de sen. & re iudica. ix. col. ibi ego uero *distinguo* hæc ad lram. Ecce om̄ia hæc sūt iudæoz̄ argumenta in eorum persona prolata cū hac clausula q̄ posset aliquis scilicet iudæoz̄ se uelle sic excusare. Et non dicit̄ sic posse se excusare. Sed posse uelle. Aliud est aut̄ uelle, aliud perficere. ad Roma. vii. Oculare igit̄ speculū seipsū declarauit, q̄ nō nitat̄ astruere illud de quo F. Iacobus ipm̄ diffamauit, Hæc aut̄ materia de uerba li iniuria s̄. tu mentiris & q̄ uerba iniuriosa etiā arguunt animū iniuriandi uel nō, certe hæc nō est materia fidei sed meri iuris atq̄ morū. Et sic nō pertinet nec pertinuit ad inquisitorē hæreticæ prauitatis.
- 4 Item q̄ idē F. Iacobus diffamauit prædictū Oculare speculū de sacris ecclesiasticis doctoribus & scriptoribus uiliter nimis indigne & contemptibiliter loqui, ipsiq̄ hæbreoz̄ & iudæoz̄ magistros & Rabi anteponere. Quod ita uult probare quia dicat, q̄ pro intelligentia textus bibliæ doctores nostri multū & sæpe Iudæoz̄ cōmentariis & glosis cogunt̄ uti, ubi tacuit q̄ in declaratione uulgari seu teutonica legitur. §. xxii. Nam ibi tota mens illi⁹ dicti aperitur sine

alicuius hois contemptu. Et in hoc iste liber Oculare Speculū imita-
tur sanctū Hieronymū qui hoc idē in pluribus suorū cōmentariorū
& epistolaz libris affirmat. Legat in plogo super psal. vii. Legat ad
fabiolā de quadraginta duabus mansionibus, mansioñ. ix. Et ne te-
dio P. V. afficiant possit ex eodē Hieronymo integrū uolumē col-
ligi errorū quos latini per ignorantia linguaz hebraicæ atq; græcæ
circa bibliā sibi cōtraxerunt. Similiter ex Nicolao de lyra & Paulo
burgensi ac aliis. hoc nō est cōtemnere ignorātes, sed incitare scire
desyderātes. Et finaliter hęc materia nō pertinet ad inquisitorem
quia nō est materia fidei sed grāmaticoꝝ. Et super hac tota diffamatioñ.
fratris Jacobi in actis inserta refert se principalis suus ad
declarationē uulgarē in. §. xxii. & §. xxiii.

¶ Itē idē F. Iacobus diffamauit Oculare Speculū q̄ scriptadocto-
rū in ecclesiā & Christifideliū scandalum nihili faciat & cōtemnat,
eo quod dicit. Nihil me impedit quicquid supra memorati nostræ fi-
dei scriptores cōtra Thalmud scripserūt. Vbi tacet ueritatē q̄ idē
Oculare Speculū de eodē in argumēto, xviii, sic dicit. Illa fuit mens
mea q̄ nō sit credendū doctoribus dicentibus Thalmud continere
malū uel hæreſes. quin prius super eo sint audiendi Iudæi ita q̄ sta-
tim omnis liber dicit Thalmud in parte & in toto sit ex eo auferen-
dus & cōburendus. quin si Iudæi dicerēt nō cōtinere talē partem hære-
ſim uel blasphemias audiendi sint. & hoc examinandū. Cū multæ
sint partes eius quaz quælibet possit dici sic Thalmud, & tñ nō cō-
tineant talia, attamē ubi nūc cōstaret, facta examinatioñ. auditis iu-
dæis uel nō, q̄ illa pars esset talis quæ cōtineret hæreſes uel Blasphe-
mis, tūc certe possit illa pars auferri Iudæis & comburi. Sic tamē q̄
p̄babiliter uideſ mihi q̄ essent aliqua apud ordinariū referuanda
pro exemplari, & cætera quæ sequunt. Hęc ad lram continēt in
Oculari speculo folio signato .xxv. & legat usq; ad finē eiusdē solu-
tionis argumēti, xviii. Hoc absceidit & abstulit F. Iacobus de Oculari
speculo, Quod aut nō possit hoc tendere in scandalū & offensionē
simpliciu & laicorū. Legat declaratio uulgaris in Teutonico. §. xii.
ad quā idē doctor principalis suus se refert.

Item q̄ F. Iacobus diffamauit Oculare Speculū q̄ sit piū auriū
offensiuū plurimū, & in scandalū tendat nō modicū. Christifideliū
p̄sertim laicorū & simpliciu, eo q̄ folio. ix. pa. ii. nitatur ostende-

E

re. Si quæ mala in Thalmud cõtineant, ea non ex ipso libro, sed ex sola legentiũ peruersa interpretatiõ acciderent. Vbi tacuit ueritatẽ illam. scilicet q̃ ad tollendum omne scandalũ a simplici⁹ laicis, scribit in declaratiõ. uulgari. §. xii. q̃ hoc nõ sit dictum de Thalmud ubi contineret hæreses & Blasphemias. Et si legatur ille. §. xvi. in Teuro nico usq; ad finẽ nullum potest ex prædictis uerbis oriri scandalum clerico siue laico. Et ualde notandũ est q̃ præfatus frater Iacobus false recitat uerba sequentia speculi Ocularis. Nam ibi dicitur q̃ continentur multa bona in eo. Vnde si scandalizetur aliqui, sit culpa corũ, hic uero recitat si qua mala contineant. Similiter peruersè recitat de uerbis bibliæ quæ nõ comparantur ad Thalmud, sed potius, scientiæ ueterũ & Thalmud ad se inuicẽ comparantur, ut patet intuenti. Vbi & tacuit ueritatem frater Iacobus illam uidelicet, q̃ Oculare Speculũ dicit in argumento. xxxiii. Sic dico quod uolo & uolui q̃ sicut alii libri quo ad ea quæ bona sunt non sũt comburendi, sic nec Thalmud, licet quo ad mala, maxime si seperari possint, illa non sint passim permittenda, Hæc ibi.

7 Item præmissa præstatiõ. de non iniuriando idem F. Iacobus expresso mendacio & tacita ueritate diffamauit Oculare Speculum q̃ Iudæos a contumelia in dominũ Iesum saluatorem nostrũ excusando dixerit fo. xv. pa. ii. q̃ quæcunq; Iudæi scribunt pertinentia ad hoc q̃ Iesus nõ sit deus & quicquid ex hoc sequitur illud eorũ esse fidem, per hoc nulli cõtumeliã inferre uelle, ac Catholicã ecclesiã am circiter annos mille quadringentos passam esse, neq; unq; id p contumelia acceptasse, affirmare nitens illam iniuriam dissimulatiõ. tot curriculum temporũ remissam, & propterea Iure eã illis licere repetere &c. ubi omnia uerba hui⁹ loci etiã falsando, simulat esse assertiua affirmatiua & decisiua Ocularis speculi, cum sint uerba in Iudæorũ persona recitata iueplata, tanq; argumenta Iudæorũ cõtã conclusionẽ libelli mota, Nam libellus Ocularis speculi tenet aperis uerbis q̃ Iudæi credendo contra Christũ faciunt aliquo modo iniuriam Christo & ecclia, At em̃ folio. xv. his uerbis sic. In aliis libris quos hactenus uidi & legi inuenio nullam iniuriam siue contumeliã. Per quod fidem attinet. Sed frater Iacobus tacuit ueritatem illam. scilicet q̃ idem Oculare Speculum lucide. aperte & clare de

hac materia loquitur quomō sit interpretanda & intelligenda. fo-
signato. xxxi. in argumento. xlviii. & xlix. & l. & li. Et ne aliquod ex
eo etiam Laicis & simplicibus possit scandalum oriri. Legatur in de-
claratione uulgari siue teutonica. §. xxx. & xxxi. Et potissimū lega-
tur in defensione Docto. Ioannis Reuchlin principalis sui contra
Calumniatores suos, superius exhibitafolio. xxxviii. ubi apertissi-
me inuenit huiusmodi diffamationis calumnia,

¶ Item idem frater Iacobus diffamauit Oculare speculū dicens
folio. xvii. q̄ leui argumento astruere nitatur perfidis iudaicis infamem
suū Thalmud & in christum contumeliosum, etiam si a con-
uersione eos ad rectam fidem impediatur minime auferendum, qua-
si imperatoria maiestas aut ecclesie principes non possint neq̄ de-
beat impedimenta salutis ecclesie offensiuā Iudaicis tollere aut pro-
hibere. Vbi false recitat uerba Ocularis Speculi in eodē folio. xviii.
posita. Et iccirco tacet ueritatem illam, q̄ idem Oculare Speculum
de hac re sic scribit in argumento. lii. In omnibus dictis meis de per-
mittendo, ut patuit supra, intelligi debent heretica & blasphemica
semper excipiendi, de quibus uniuersaliter me primo absolui, Et
ne aliquis simplex laicus scandalizari possit. Legatur declaratio
teutonica siue uulgari. §. xxxvi. & inuenietur hæc diffamatio esse
calumniosā.

¶ Item idem frater Iacobus infamauit Oculare Speculum, q̄ sen-
tiat sanctam dei ecclesiam & eius prælatos & principes de iudaicorū
factis, cum domino suo stent & cadant & quemlibet pro seipso ra-
tionem reddere oporteat, intromittere se non debere subiungendo,
deum satis potentem esse, si uelit eos, posse erigere. Vbi tacuit
ueritatem illam q̄ declaratio uulgari eiuſdem Ocularis Speculi.
§. xxxvii. dicit, Hoc esse interpretandum, quando iudaus peccat in
his quæ pertinent ad ritus suos synagogicos & ceremonias in quibus
tolerantur, quia hæc sunt committenda deo, sed in criminibus
& casibus pœnalibus Ecclesia habet ius Canonicum & ciuile p-
cedendi contra eos. Hæc ibi. Qua declaratio non omiſsa omne scan-
dalum tollitur.

¶ Item idem F. Iacobus
diffamauit Oculare Speculum q̄ plurimos sacre scripturæ eccle-
siæ ac iurium textus & dicta impudenter applicare & corrupte al-

legare præsumat. Et conat hoc pbare de autoritate apostoli oportet hæreses esse &c. Vbi tacet ueritatem illam. Quod idem Oculare speculū hanc materiam lucidissime ac sine offensione tractat in argumento vii. & eius solutionē. Ex quo ipsius Ocularis speculi locoprehenditur diffamatoris apertum mendaciū. Similiter de autoritate. ca. sancta Romana xv. dist. tacuit ueritatem quā Oculare speculum tractat in argumento xxxvi. Et pro omni scandalo tollendo legatur declaratio uulgaris & ipsius Ocularis speculi. §. xix.

11 ¶ Item idem frater Iacobus diffamauit Oculare speculum, dicens id in pluribus suis locis & passibus hæresim sapere & a sinceritate fidei aberrare, uolens illud probare per autoritatem. Scrutamini scripturas &c. per quam Oculare speculum ut ipse ait conatur affirmare scripturas magistrorum in Thalmud comprehensas proprie esse designatas, & illas æque ut bibliam testimonium perhibere de christo; asserens hanc ueritatem esse, propterea a nobis nõ cremendam, ubi non solum peruertit uerba & sententias. Sed etiam tacuit ueritatem illam quod idem Oculare speculum fo. signato xxvi. in argumento xxiii. de hac autoritate Scrutamini scripturas sic dicit. Ratio illa uidetur probate & concludere de Thalmud quod non sit comburendus quo ad illam partem quæ non continet hæreses & blasphemias. Et quia eam Burgenſis accepit pro fundamento sui scrutini. Ideo uidetur quod saltem sit probabilis, & licet alii doctores exponant de libris bibliæ, tamen potest etiam sic exponi, quia non uidetur quod plus eorum expositio sit fundata in scriptura quàm ista. Hæc ibi ad literam. Vnde patenter apparet delatoris falsitas, & intellectus Ocularis speculi ueritas.

12 ¶ Item præmissa protestatione solita idem frater Iacobus calumniose & apertis mendaciis diffamauit Oculare speculū dicens ipsam assumptam christi pro nobis humanitatem & incarnationis mysterium nepharia assimilatione habitui meretricio indecenti comparare. Et propterea iudeos rationaliter esse excusatos affirmare, cum cæteris quæ in eadem diffamatione calumniosa sequuntur, actis inserta & libello suo accusatorio comprehensa, ubi ad celandum ut præsumitur ueritatem dolose tacuit & suppressit illa uerba quæ idem Oculare speculū de hac materia dicit. folio signato xxxi. in argumento xlix. & maxime ad propositum in argumento. l. & eius

solutioñ. ubi in Oculari speculo sic scribitur. Ad hoc dico ut supra dixi de ignorantia, q̄ non teneo nec tenui eos habuisse ignorantia probabilem, nec uolui quod non facerent in hoc contumeliam & iniuriam christo, matri & apostolis. Et cum remisi ad loca ubi notatur q̄ aliquis excusatur a contumelia dignitatis &c. propter habitum aliud significantem, non uolui quo ad hoc idem esse hic, neq̄ quantum ad hoc illuc remisi, sed quantum ad illud q̄ aliqui ibi notant, q̄ ubi est ignorantia crassa & supina circa cognitionem eius qui desert habitum alienum, tunc non obstante alietate habitus q̄s non excusatur a contumelia quam illi infert, & ita est in proposito, quia iudæorum ignorantia est crassa & supina circa deitatem christi, ut satis clare patet per Gratianum i. q. iiii. §. notandum. Et ita ego firmiter teneo ut supra protestatus sum, & nunc iterum protestor, q̄ eorū ignorantia tanq̄ crassa & affectata eos non excuset. Ideo hoc potius uolui remittendo scilicet q̄ cōmittunt contumeliam q̄ cōtrariū. Hæc sunt uerba Ocularis speculi, per quæ diffamatio delatoris deprehenditur esse falsa. Et ne aliquod simplicibus inde oriat scandalū, legat̄ reutonica uulgaris declaratio. §. xxxi. & apparebit omnis offensio quæ posset etiam leuiter imminere sublata.

¶ Item idem frater Iacobus diffamauit Oculare speculū q̄ contra sacram scripturam sancti Pauli conctur astruere eūdem sanctum Paulum maximum apostolorū in doctrina cæteris eminentiorem esse factum ex eo q̄ literas hebraicas didicerit, & cū Rabbi seu hebræorum magistis scholas frequētauerit, ubi ueritate tacuit, q̄ declaratio uulgaris illius mentem explicat, scilicet hoc intelligendū esse non de conuersione sancti Pauli quæ fuit miraculosa, sed de uariis artibus & scientiis quas apud iudæos didicit ex cōmuni influenza diuina & dotibus naturæ ut scribitur. §. xxxv. Ex quo etiam falsitas delatoris quo ad sequentia sua opprobria reperitur.

¶ Item idem frater Iacobus diffamauit Oculare speculū de quadam intolerabili & damnabili comparatione ad ablationem uel suppressionem iudaicorum librorū facta, dicens ip̄sum assertiue in ferre hodie iudaicam crescere debere perfidiam; si nephandi eorū libri auferrentur, quemadmodum sub tyrannis olim ei uisse dei cōspicitur ecclesia; ubi uerba peruertit quæ non ueritatis sed exempli gratia sunt posita. Et peruertit etiam mentem quæ aperte patet ex

Ocularis speculi teutonice uel uulgari declarationē. §. xxxix. ubi scribitur sic. Non uolui per hoc ut talis deuastatio & combustio librorum omnino & per omnia similis haberi debeat, neq; in se neq; in operatione, illi miserabili persecutioni & perturbationi ecclesie christiane ab antiquo a tyrannis factae, & infra per lōgum tractum quae omnia legantur diligēter, & clare uidebitur delatoris calūnia.

15 ¶ Item idem frater Iacobus diffamauit Oculare speculum de cōparatione arboris scientiae boni & mali in paradiso ad Thalmud toxicum & mortifero ueneno plenum, ubi mentem Ocularis speculi scienter peruertit. Scit enim aperte scriptum esse in eius libri declaratione uulgari. Quomodo haec comparatio intelligenda sit, & quod omnis similitudo claudicat, & quod non sit hic omnimodī similitudo, & quod non debeat intelligi de Thalmud ubi cōtinet haereses uel blasphemias. Super quo legat in Ocularis speculi declaratione uulgari. §. xv.

16 ¶ Item idem frater Iacobus diffamauit Oculare speculum de eo quod per l. i. §. deniq; Mai. celus. ff. de aqua plu. ar. fo. xv. cōtentā, asserat licuisse & licere iudaeos pro sua offensione nephandos christo, nobis ingratos condere libros: Vbi tacuit ueritatem qui uoluit peruertere alligationis mentem & intellectum Sciuit enim in Ocularis speculi declaratione. clarissime scriptum esse. §. xxviii. quod non intelligitur de nephandis libris sed de phandis qui neque haeresim neque blasphemias cōtinent. Et iste est locus optime decisis in defensionē, contra calumniatores superius exhibita fo. xxx. facie. ii. ibi, hoc tacere non possum & ibi uidebitur. Insuper dicit procurator quo supra nomine quod neque episcopis neque inquisitoribus competat inquisitio nisi in manifesta & damnata haeresi, quod tam iuristae quam theologi tenent, ut habetur in ca. quotiens. xxiii. q. i. c. ad abolendā. de haere. & ibi doct. Et c. maiores. de bap. & eius effectu, ubi dicitur maiores ecclesiae causis praesertim articulos fidei contingentes ad Petri sedem referendas. Et huic soli sedi cōcessa nullus usurpare sine eius consultu praesumat ut dic. c. huic soli. xvii. dist.

¶ Item quod praetensi inquisitoris cōmissio solum se ad haeticos extendit, ut patet in actis ex citatione prioris instantiae, multumque inter se dissent haeretica, & haeresim sapientia, erronea, iniuriola, temeraria, male sonantia, & piarum aurium offensua quae a tholo gis & re & nomine distinguuntur. ¶ Sequitur ergo quod frater Iaco

bus p̄tensam suam potestatem egrediendo, in alienam messem de facto falcem miserit.

¶ Item ponit q̄ ueritas sit, prater id & absq̄ eo quod Oculare speculum aliquam hæresim aut doctrinam ab ecclesia damnatam manifeste asserat aut credendum ad hæsiue doceat, ut patet intuenti & legenti eundem librum ex declarato & declaratione compilatum.

¶ Item q̄ præmissa omnia & singula sint uera partim per acta Moguntia habitata, & nuper coram P. V. exhibita, partim impressoria arte cunctis publicata manifesta & notoria. Est quoq̄ de eisdem aut saltem maiori parte publica uox & fama.

¶ Cognito igitur de præmissis quantum sufficit ex quibus patet nitatibus uestris eminentissime constabit Oculare speculū sui ipsius declaratiōibus eidem libello ut partibus integralibus insertis & incorporatis ab insimulatione hæreticæ prauitatis, aliisq̄ supra dictis aduersariorū diffamationibus satis superq̄ expurgatū & defensum, petit per ueritatem quo supra nomie per uos uenerabiles dños sub delegatos seu uerius per reuerendū in christo patrem & dñm dñm Georgiū ep̄m Spiren̄, &c. huius causæ ab apostolica sede delegatum iudicē siue cōmissariū, aut per eundē forsitan subdelegados eiusdēq̄ siue eorundē diffinitiuā sententiā, pronunciarī decerni & declarari sæpe dictū libellū Ocularis speculi a p̄fato doctore principali suo editū de suspitione hæreticæ prauitatis aliisq̄ criminibus supra articulatis per fratrem Iacobū Hochstraten, hac in causa aduersarium, ex aduerso principalē eiq̄ adherentes, indebite, iniuste, & false, tacta ueritate, notatū & diffamatū fuisse & esse, sibiq̄ & adherentibus aut sua interesse putatib⁹ supra articulatas diffamationes & inculationes facere & publicare nime licuisse neq̄ licere, ac eisdē oibus aduersariis & singulis sup̄p̄missis p̄petuū silētiū imponēdū ac imponi nec nō pari snia diffinitiuā decerni & declarari supra memoratū libellū nullā hæresim aut errorē ab ecclesia publice damnatū, manifeste sapientē & cōtinentē, perfidis iudaicis nō plus q̄ deceat aut iura permittūt fauorabilē, ecclesie dei aut sacris eiusdē doctoribus neq̄ iniuriosum neq̄ irreuerentialē, ab omnibus siue simpliciu aut cuiuscūq̄ scandalo aut fidei nostræ, uel piarū auriū offensa legi & publicari posse, nō obstantibus supra dictis aduersariorum falsis & iniustis diffamationibus, Super quibus oibus & singulis cōiūctim & diuisim pe

tit. Procurator supramemorat⁹ sibi iusticiā & q̄ iustū fuerit mini-
strari & decerni, Paternitatū uestrarū aut cuiuscūq̄ iudicis compe-
tentis benignū officiū humiliter implorandō, Saluo iure addendi,
mutandi, minuendi &c. Et p̄testat ut est iuris moris atq̄ stili.

¶ Hunc libellū cū propositis in promptu p̄bationibus ante mul-
ta tempora per impressoriā calcographiam in uniuersa germania
publicatis Reuerend⁹ & illustris princeps dñs Spireñ, cum multorū
tam suoꝝ cōsiliariorū q̄ ex aliis uniuersitatibus & alienis locis acci-
torū theologiae atq̄ iuris peritorū diligenti examine ponderauit &
scrutatus est nō segniter sed prudenter & accurate durante toti⁹ p̄-
cessus tempore cū omnibus suis dietis & terminoꝝ obseruatiōibus,
dum per oēs & singulos cōsistoriales actus negociū a suis subdele-
gatis iudicibus interea tractaret. Cum igit F. Iacobus inquisitor ci-
tationib⁹ rite emanatis & executis esset in obediens, & nusq̄ immo-
nunq̄ in hoc iudicio personaliter cōparuisset neq̄ compareret, Su-
us etiā pcurator supra nomiat⁹ expresse dixisset se nō uelle princi-
palem suū in hoc iudicio defendere: sed a præsentia iudicū receden-
do appellans, hoc ipsum corā iudicibus & assistantibus uniuersis asse-
ruit, se nolle corā istis iudicibus nec etiā subdelegante de cætero li-
tigare, cū publica etiā p̄testatiō. q̄ si post hac unq̄ se conspectui iu-
dicis aut cōmissarioꝝ p̄fatorū exhibiturus foret aut in eorū præ-
sentia appareret, q̄ certe per hoc suæ appellatiōi nō uellet renun-
ciasse nec renunciare quouis mō, nihilomin⁹ tamē de benignitate
iudicū singuli termini substantialis cū suis citationibus debite ex-
ecutis & aliis omnibus in tali causa obseruandis ac obseruari soli-
tis, ex abundantia fuerūt obseruati, q̄uis ad alia quæ postea in iudi-
cio facienda incumbebāt uel etiā ad sententiā audiendā pro parte
inquisitoris citatione opus nō fuisset iuxta c. Eum qul. de dol. & cō-
tu. li. vi. tandē ad instantiā magistri Ioannis greiff p̄fati doctoris
Reuchlin pcuratoris sibi & parti suæ iusticiā ministrari petentis p̄-
cessum fuit sicut ex infra scriptis executorialibus patet his uerbis

¶ Illustrissimo & inuictissimo principi & domino domino Ma-
ximiliano diuina fauente clementia Romano imperatori electo
semper augusto Germaniæ ac Hungariæ Dalmaciæ Croatiæ &c. re-
gi, archiduci austriæ, duci Burgundiæ, Brabantia, Geldria, & palati-
no, regnorū & dominiorū uestrorū fœlicis prosperitatis augmen-

tum. Nec non reuerendissimis ac reuerendis in christo patribus & dominis dñis dei & apostolica sedis gratia Moguntiñ. Colonieñ. & Treueren. archiepis ac Vuormacieñ. & Constantieñ. epis; eorūq; & cuiuslibet ipforū in spiritualibus & temporalibus uicariis & officialibus generalibus, ac uenerabilibus & circūspectis uiris dominis curiæ caularū camera apostolicæ generali auditori, eiusq; uice auditori seu locū teneñ. eorūde. Nec nō uniuersis & singulis dñis abbatibus, prioribus, p̄positis, decanis, archidiaconis, scholasticis, cantoribus, custodibus, thesaurariis, succentoribus, sacristis tam Metropoli tan. cathedraliū q̄ collegiatarū canonicis parochialiūq; ecclesiarū rectoribus seu locateneñ. earūde plebanis, uiceplebanis, capellanis, curatis & nō curatis, uicariis p̄petuis, altaristis, ac etiā monasteriorū ordinū quorūcūq; generalib⁹ puicialibus, mīstris, priorib⁹, uicariis Guardianis, monachis, custodibus, & signāter beatæ Mariæ teutoniarū magistris cōmendatoribus & p̄ceptoribus eorūdemq; nec nō prædicatorū, minorū, heremitarū sancti Augustini, & beatæ Mariæ carmelitarū ac aliorū ordinū quarūcūq; domorū & cōuētū fratribus regularib⁹ & cōuētualib⁹ exēptis & nō exēptis, caterisq; p̄sbyteris, clericis, notariis, & tabellion. publicis & fructuū, reddituū, puētuum camera apostolicæ debitoribus, collectoribus & subcollectoribus pro tempore existeñ. quibuscunq; per sacrū Romanū imperiū p̄dictum ac dictorū dominorū archieporum & episcoporū prouincias, ciuitates & dioceses, ac alias ubilibet cōstitutis ex eorū cuilibet infolidū. Nec non illustribus principibus ac nobilibus potētatibus & magnificis uiris dominis ducibus marchionibus, comitibus, uice comitib⁹, baronibus, militibus militarib⁹, nobilib⁹, marschalcis, capitaneis, castellanis, proconsulibus, cōsulibus, magistris ciuium siue burgimagistris, scabinis, cōmunitatibus, vniuersitatibus, ciuibus, oppidanis, incolis ciuitatum, oppidorū, castrorū, uillarū, uillagiorum, urbium, suburbiū, ac aliorū locorum quorūcūq; aduocatis, iudicibus, præsidibus, iusticiariis seruientibus clientulis, scribis, præconibus & officialibus, caterisq; dominis & personis quibuscūq; iurisdictionem spirituale, temporalem & ordinariam per se uel alios mediate uel immediate per sacrū Romanū imperiū prouinciasq; ciuitates & dioceses prædictis ac alias ubicunq; pro tempore existeñ. & constitutis, & eorum cuilibet infolidum omnibusq; aliis & singulis

F

quorum interest intererit aut interesse seu tãgere poterit quolibet
in futurũ quibuscũq; nominibus censeant, aut quacũq; præfulgeat
dignitate cõmuniter uel separatim. Georgius dei & apostolica se/
dis gratia electus & confirmatus ecclesie Spireñ. comes palatinus
Rheni ac Bauariae dux &c. Index & cõmissarius causarũ & causã ac
partibus infra scriptis una cum certo alio nostro in hac parte colle/
ga (cum clausula ut uos uel alter uestrũ uocatis uocãdis) &c. a san/
cta sede apostolica specialiter deputatus, salutẽ in dño & nostris hu/
iũsmo hi, immo uerius apostolicis firmiter obedire mandatis. Noue/
ritis nos literas apostolicas in forma breuis sanctissimi in Christo
patris & domini nostri dñi Leonis diuina prouidẽtia papæ decimi
sub annulo piscatoris signatas una cum supplicatione introclusa fa/
nas & integras, nõ uitiatas, nõ cãcellatas, neq; in aliqua sui parte sus/
pectas, sed omni prorsus uitio ac suspitione careñ. nobis per uene/
rabilẽ & eximiũ uirum dñm Io Reuchiin Phorceñ. Spireñ. diocefs
LL. doctorem principalẽ in eisdẽ literis seu breui apostolico ac sup/
plicatione introclusa principaliter nominatũ presentatas, cum ea
qua decuit reuerẽtia recepisse, quarũ literarũ apostolicarum in for/
ma breuis & supplicatione introclusa tenores de uerbo ad uerbum
sequuntur. et sunt tales Leo papa decimus uenerabilibus fratribus
Vuormaciẽ. & Spireñ. episcopis uel eorũ alteri uenerabiles fratres
salutem & apostolicã benẽ. Mittimus fraternitati uestre supplicatio/
nem p̄sentibus introclusam manu dilecti filii nostri L. Card. Agen/
neñ. in presentia nostra signatã, uolumusq; & uobis cõmittimus ac
mandamus, ut uos uel alter uestrũ uocatis uocãdis ad illius execu/
onẽ procedatis iuxta eius cõtiuẽtiã & signaturã. Datũ Romæ apud
sanctum Petrũ sub annulo piscatoris die xxi Nouembris. M.D.xiii.
Pontificatus nostri anno primo in margine inferiori dicti breuis
scripta erant hæc uerba F. Castilioneus, ab extra uero talis signatu/
ra reperiebãt P. Vipera. Tenor uero dictæ supplicatiõ. introcluse
est talis. **BEATISSIME** pater alias postq; qdã Iacobus de Hoch/
straten pro ordinis p̄dicatorũ professore & hæreticæ prauitatis in/
certis prouincijs Germanicæ nationis inquisitore se gerens deuotũ
oratore uestrũ Io. Reuchlin Phorceñ. Spireñ. diocefs. LL. doctore
ut infra certũ breuem tunc expressum terminũ Moguntiaẽ compa/
reret ad uidendũ super continentijs certi tunc expressi libelli Oca


laris speculi nuncupati per ipsum oratorem editi, & super eis per uiam inquisitionis & alias procedi citari mandasset, & dictus orator procuratorem legitimū cū potestate substituendi ad causam hmōi cōstituisset, & procurator legitimus substitutus præfatū Iacobū de cuius delegatione seu subdelegatione oratori nō cōstabat, etiā uariis legitimis de causis in scriptis recusasset, & causas legitimas recufationis, nomine ipsius oratoris corā arbitris iuris quorū unum cōfestim nominauit se probaturū obtulisset, ac præfatū Iacobū ut in suū arbitriū aliquē nominaret prout de iure requisisset, & dictus Iacobus recufatiōem hmōi repellēs & eā admittere recufans se causæ hmōi iudicē cōpetentē fore & corā eo ad ulteriora pcedi debere per suam interlocutoriā inter alia declarauit iniquā a qua & nō nullis aliis sibi in hmōi causa illatis grauaminibus procurator seu etiam postmodū orator p̄fatus sentiens se indebite grauātū, timensq; in posterū plus grauari. ad S. V. & sedem apostolicā infra tempus debitum, etiā forsan iteratis uicibus appellauit. Et cū dictus Iacobus appellatiōem hmōi nō obstaſt. ad ulteriora procedere uellet, & modernus archiepiscopus Moguntinēſ. certos qui prius ipsius Iacobi assessores ut asseritur fuerant pro commissariis dedisset seu deputasset. Ipsiq; commissarii onus prætenſæ commissionis nimīū præcipitanter exequi niterentur, præfatus archiepiscopus ex certis causis dictis commissariis ut usq; ad certum tūc expressum terminū in causa & negotio hmōi supersederent mandauit. Alioquin ex tunc eosdem cōmissarios reuocauit, ac eis ne ultra procederent inhibuit. Recurrit igitur humiliter ad S. V. præfatus Ioannes orator quatenus sibi in p̄missis iusticiæ ministerio subueniētes, ac causæ hmōi statum & merita omniūq; nec nō singulorū aliorū hic forsan de necessitate exprimendorū tenores pro exp̄ssis habētes. Singularū appellatiōnū pro parte dicti Ioannis oratoris in hmōi causa quolibet interpositarū, ac post & cōtra illas forsan attentatorū & innouatorum nullitatēq; processus & sententiæ per Iacobū & alios p̄fatos habitōrū & latæ, ac omniū & singulorū in præiudiciū ipsius oratoris circa præmissa per quoscunq; quolibet gestorū totiusq; negotii principalis causas cum om̄ibus & singulis suis incideſt. dependeſt. emergeſt. annexis & connexis aliquibus probis uiris in partibus illis summarie simpliciter & de plano audiendum cognoscendum

decidendū, & sine debito terminandū, cū potestate citandi p̄dictos
& quoscūq; alios quorū intererit, ac inhibēdi tā archiepo quā Iaco/
bo ac quibusuis aliis iudicibus & personis quibus & quotiēs inhibē
dū fuerit, etiā sub censuris &c. Omniaq; & singula alia in præmissis &
circa ea necessaria seu quolibet oportuna faciēdi & exequēdi, inuo
cato etiā ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis per literas S.
V. In forma breuis ac supplicatione introclusa cōmittere & māda
re dignemini de gratia speciali. Non obstante se. re. Bonifacii papæ
viii. S. V. p̄decessoris de una, & cōcilii generalis de duabus dietis &
quibusuis aliis cōstitutioñ. & ordinatioñ. apostolicis, nec nō quibus
uis priuilegiis & indultis p̄fatis aduersariis & quibuscūq; aliis cuius
cūq; dignitatis &c. in contrariū quolibet forsan cōcessis & cōfirma
tis, quibus etiā si de eis &c. tenores &c. pro exp̄ssis habentes, placeat
hac uice derogare, cæterisq; cōtrariis quibuscūq; cū clericis oppor
tunis. Quæ quidā supplicatio sic signata erat, concessum ut petis in
præsentia D. papæ. L. Card. Agennē. Et deinde sequebant̄ hæ clau
sula. Et per breue S. V. hac supplicatione introclusa, & dūmodo ul
tra tres dietas non trahat. Quarū quidem clausularū signatura ta
lis erat. Concessum. L. Car. Agennē. In inferiori autem margine di
ctæ supplicationis scripta erant hæ uerba. Datū Romæ apud san
ctum Petrū. xv. Kalē. decembris Anno primo. Quarū quidē litera
rum apostolicarū in forma breuis & supplicatiois introclusæ uigo
re ad instantiā dicti domini Io. Reuchlin doctoris appellantis prin
cipalis, annulo piscatoris per testes fidedignos recognito, & per nos
pro recognito habito. Citatione legitima una cū inhibitione inser
ta extra ciuitatem nostrā Spireñ. & ad partes cōtra & aduersus ue
nerabilē F. Iacobū Hochstraten ordinis p̄dicatorū & sacre theolo
giæ professorē, ac hæreticæ prauitatis in certis p̄uinciis germanicæ
nationis inquisitorē ex aduerso principalē in eisdē p̄insertis literis
apostolicis ex aduerso principaliter nominatū, omnesq; alios & sin
gulos sua cōmuniter uel diuissim interesse putant̄. cū certificatioñ.
solita quod in euentu non comparitioñ. ad ulteriora prout de iu
re procedere curaremus, seu nostri in hac parte subdelegati com
missarii infra scripti p̄cedere curaret, aut alter eorū curaret iusticia
mediatē, ipsis ad alios actus & terminos iudiciales non nisi in ualuis
dictæ ecclesiæ nostræ Spireñ. ut moris est citatis uocatis in forma

consueta per nos decreta, & nihilominus quia aliis arduis dictae ecclesiae nostrae Spirensis praepediti negociis causae & causarum huiusmodi personaliter intendere aut illis interesse non ualimus, uenerabiles de uotos in christo nobis dilectos dominos Thomam truchses decretorum doctorem scholasticum, & Georgium de Swalbach custodem & canonicos ecclesiae nostrae Spirensis praedictae coniunctim & eorum quelibet in solidum ad causam huiusmodi (potestate tamen diffinitive pronuntiandi, ac eos & eorum quolibet in quacunque parte litis reuocandi & onus huiusmodi reassumendi totiens quotiens expedire uideretur nobis referuata) subdelegauimus, literas subdelegationis in forma consueta decreuimus, nec non citatione legitima una cum inhibitione huiusmodi in partibus legitime executam, ac coram praefatis dominis Thoma Truchses scholastico, & Georgio de Swalbach custode canonicis, iudicibus & commissariis nostris subdelegatis una cum earundem legitimis executionibus a tergo descriptis reproducta. Nec non coram dictis subdelegatis nostris in causa seu negotio huiusmodi debite processu. Terminis quoque tam substantialibus quam accidentalibus in causa seu negotio huiusmodi seruatis etiam ad conclusionem causae inclusiue coram dictis subdelegatis nostris rite & legitime tentis & obseruatis. Tandem ad magistrum Ioannis Creiff causarum curiae Spirensis iurati & dicti domini Io. Reuchlin doctoris appellantis principalis ad hanc causam procuratoris constituti prout de suo procuratorio mandato nobis legitima extitit facta fides, & eo nomine procuratorio instantia & petitionem & in contumacia dicti magistri Iacobi Hochstraten haereticae prauitatis Inquisitoris ex aduerso principalis omniumque & singulorum interesse putantium ex aduerso principalium in ualuis dictae ecclesiae nostrae Spirensis citatorum non comparentium licet sufficeret & usque ad horam debitam expectatorum, seruatisque seruandis ac tam theologorum quam iurisperitorum consilio nobis comunicato delibetationeque matura praehabitis nostram in scriptis tulimus & promulgauimus sententiam diffinitiuam in hunc qui sequitur modum.

Christi nomine inuocato pro tribu-

bunali sede. & solu deum pro oculis habent. per hanc nostram sententiam diffinitiuam qua de iurisperitorum consilio & assensu ferimus in his scriptis pronunciamus, decernimus & declaramus in causa & causis



quæ inter eximiū dominū Ioānnem Reuchlin. LL. doctorem Phor
cen. Spireñ. diocesis ex una, & religiosum fratrem Iacobū de Hochstra
ten sacrae theologiae & ordinis p̄dicatorū professorē, & in certis pro
uincijs Germanicæ nationis hæreticæ prauitatis Inquisitorem par
tibus ex altera, de & super quodam libello Speculū oculare nuncu
pato, ac per præfatū dominū Ioānnem doctore edito, nobis aposto
lica autoritate specialiter cōmissa, & coram nobis indecisa pendeñ.
bene fuisse & esse appellatū ac nulliter processum, Necnon libellū
Ocularis speculi antedictum cum sua annexa declaratione in actis
causæ hmōi deductum (cū ex declaratiō. & declarato sit unus &
idē liber & sui ipsius declaratiuus) a præfato domino Io. Reuchlin
doctore compilatū ut præfert atq; editū, de suspitione atq; infima
latiō. hæreticæ prauitatis aliisq; criminibus sibi per fratrem Iaco
bum antedictum hac in causa aduersariū ex aduerso principalem
eidēq; adherentes indebite temerarie & iniuste, tacita ueritate fu
isse & esse notatū atq; diffamatū, sibiq; fratri Iacobo & eidem adha
rentibus aut sua quōlibet interesse habere putātibus, diffamatiō.
& recusatiō. hmōi facere & publicare minime licuisse neq; licere,
& eisdem omnibus aduersariis & singulis aliis super p̄missis perpe
tuum silentiū imponendum fore & imponimus, Necnō pari nostra
diffinitiuā sententiā decernimus & declaramus supra memoratum
libellum cum eius declaratiō. annexa ut præfertur nullam hære
sim aut errorem ab ecclesia publice damnatū manifeste sapere aut
continere, perfidis iudæis nō plus q̄ deceat aut iura permittant fa
uorabile fore, aut ecclesiæ dei seu sacris eiusdē doctoribus neq; in
iuriosum neq; irreuerentialem esse. Et ab omnibus ipsum Oculare
speculū cum eius annexa declaratiō. (quam in singulis cōiunctam
cum libello & repetitam esse uolumus) legi & publicari posse, diffama
tiō. in contrariū ab aduersariis deducta nō obstante, simili mo
do pari nostra diffinitiuā sententiā antedictum fratrem Iacobum In
quisitorē in expensis in hmōi causa pro parte dicti dñi Io. Reuchlin
doctoris tam coram nobis & nostris subdelegatis quam Moguntia
legitime factis condemnandū fore & condemnamus, quarum taxa
tionem nobis in posterum reseruamus.

¶ Quæ quidem sententiā nostra diffinitiuā dum nulla prouoca
tione seu appellatione saltem legitima suspensa in rem transiisset

judicatam, nos ad prælibati magistri Ioannis Greiff procuratoris,
& eo quo supra nomine procuratorio instantiâ & petitionem ulte
riorem, præfatum magistrû Jacobû de Hochstraten hæreticæ pra
uitatis Inquisitorem ex aduerso principalé, omnesq; adherentes ac
sua cõmuniter uel diuifim interesse putari. Ad uidendum & audien
dum omnes & singulas expen. pro parte dicti domini Io. Reuchlin
doctoris appellantis principalis in hac causa seu negotio legitime
factas, & in qbus dictus magister Jacobus Hochstrat ex aduerso prin
cipalis per nos sententia liter & diffinitiuè cõdemnatus existit taxa
ri & moderari. Sententiam quoq; nostrâ exequi & executioni debi
tæ demandari, nec non literas executoriales desuper necessarias &
opportunas in forma solita & cõsuetâ decerni & concedi, uel saltè
dicendum & causam si quâ habuerint rationabilem quare pmissa
fieri minime debeât allegandû per literas nostras citatorias in ual
uis ecclesiæ nostræ Spiren. prædictæ affixas & executas in & ad certû
peremptoriû terminû competen. diem uidelicet & horâ infra scri
ptas peremptorie citari fecimus & mandauimus. Quibus quidè die
& hora aduenien. cõparuit corâ nobis iudicialiter dictus magister
Ioannes Greiff procurator, & eo quo supra nomine pcuratorio ci
tatione in ualuis prædictis ut præf. executâ una cû eius execution. co
râ nobis reproduxit. Dictiq; magistri Jacobi Hochstraten ex aduer
so principalis omniûq; & singulorû citatorû nõ cõparentiû contu
maciâ accusauit, ipsosq; cõtumaces reputari, & in eorû contumaciâ
omnes & singulas expensas pro parte sua in psecutione litis & cau
sæ præsentis factas iuxta et secundû cuiusdâ expensarû papyreæ sche
dulæ corâ nobis per eundè exhibitæ uim formâ atq; tenorè taxari
et moderari, sententiâ quoq; nostrâ diffinitiuâ exequi et execution.
debitæ demâdari, necnõ literas executoriales desup necessarias et
oportunas in forma solita et cõsuetâ decerni et cõcedi p nos instâ
ter postulauit. Nos tûc Georgi⁹ electus et cõsular⁹ ecclesiæ Spiren.
&c. iudex et cõmissari⁹ apostolic⁹ præfatus dictos citatos nõ cõparen
reputauimus merito prout erât id exigente iusticia cõtumaces, & in
eorû cõtumaciâ phabitis primitus dictorû dñorû cõmissariorum
subdelegatorû et aliorû iurisperitorû relatiõe fidedigna ac delibe
ratiõe matura, ad præfati magistri Ioanis Greiff pcuratoris, & eo quo
supra noie pcuratorio instâtiâ et petitione oës et singulas expelas

pro parte sua in hac causa tam corā nobis & nostris subdelegatis q̄
Mogūtiae habitas & factas & in quibus dict⁹ magister Iacob⁹ hoch
strateñ. per nos sententialiter cōdemnat⁹ existit ad summā centū &
undecim floren. auri Rheneñ. per eūdē magistrū Iacobū ex aduer
so principalē dicto domino Ioanni Reuchlin Doctori appellanti
principali noie expeñ. hmōi per solueñ. prouida moderatiōe prae
uia taxauim⁹ & moderauim⁹. Recepto primit⁹ iuramēto corporali
a dicto magistro Ioanne greiff pcuratore q̄ tantum exposuerit seu
ad huc necessario exponere habeat in & pro lite & causa ante dictis
litteras nostras executoriales hmōi desuper in forma solita decernē
do & concedendo. Quae omnia & singula uobis omnib⁹ & singulis su
p radictis & uestrū cui libet insoli. lū intimamus insinuamus & noti
ficamus ac ad uestrā & cuiuslibet uestrū notitias deducimus & de
duci uolumus per pñtes. Quo circa uos omēs & uestrū quēlibet in so
li lū tenore praesentiū requirimus & monem⁹ primo secundo tertio
& peremptorie, uobis nihilominus in uirtute sanctae obediē. & sub
ex cōicationis p̄na, triū tamē dierū canonica monitiōe praemissa
firmiter & districte praecipiendo mandañ, quatenus mox uisus at
q̄ receptis praesentibus accedatis quo & ubi p̄pterea fuerit accedē
dū seu accedere fueritis requisiti uel alter uestrū fuerit requisit⁹ pra
nominatū magistrū Iacobū hochstrateñ. ex aduerso principalē dili
genter & publice moneatis & requiratis, quē nos etiā tenore praesen
tiū requirimus & monem⁹, ut infra triginta dierū post uestram hu
iusmodi requisitiōnē ipsi factā immediate sequeñ. spaciū, quorum
triginta dieꝝ decē pro primo, decē pro secundo. & reliquos decē di
es ipsis & eorū cui libet p̄ tertio & perempto. termino sic monitione
canonica praefigim⁹ & assignam⁹ praenoiato dño Ioanni Reuchlin
doctori appellanti principali aut pcuratori suo legitimo ad hoc ab
eo sufficiens mandatū habenti de supra dictis centū & undecim flo
ren. auri Rheneñ. in quibus per nos ut praemittit⁹ sententialiter con
demnat⁹ extitit plenā & integrā solutionē & satisfactionē impēdat
& impendi faciat. Sententiae quoq̄ diffinitivae monitiōibusq̄ & req
sitiōn. nris hmōi immo uerius apostolicis in omnib⁹ & per oia pare
at & obediat realiter & cū effectu. uel saltē medio tempore amica
biliter se cū eo cōponat, alioquin dicto triginta dierū termino la
pso ipsum m̄gr̄m Iacobū monitū et requisitū ex nunc put ex tūc et

ex tunc prout ex nunc excōicamus in his scriptis & per præsentes.
Quē etiā ex tunc singulis diebus Dominicis et festiuis in uestris mo-
nasteriis ecclesiis et capellis excōicatū publice denunciatis, tam diu
donec et quousq; aliud a nobis desuper receperitis in mandatis. Si
uero præsatus excōicatus hmōi excōicationis sniam per decem dies
dictos triginta dies immediate sequē. animo quod absit sustine-
rit indurato ex tūc attendē, q̄ crescente cōtumacia merito cre-
scere debeat & pœna, ne facilitas pœnæ audaciā tribuat delinquen-
di sententiā excōmunicatiōis & p̄cessus nostros hmōi præsentibus
aggrauamus, uobis omnibus & singulis supradictis modo & forma
præmissis districtius iniungeñ. quaten⁹ ipsū magistrū Iacobū hoch-
strateñ. excōicatū & aggrauatū nominatim & publice in uestris can-
cellis accensis candelis & demū extinctis, ac in terrā proiectis, cruce
erecta, & religione induta, Et pulsatis campanis etiā post missam et
in uestris aliisq; horis et locis cōsuetis solenniter publice et de-
nunciatis, facieñ. q̄ ab aliis quantū in uobis fuerit publice denuncia-
ri. Verū si p̄fatus denūciat⁹ excōicatus et aggrauat⁹ prætactā aggra-
uatiōis sententiā per alios decē dies dictas de cē dies immediate se-
queñ. sustinuerit, nos ex tunc quia peruersorū cōtumacia et audā-
cia præs. mpta id exigit ut unica pœna nō faciati fortioribus ar-
ceantur pœnis. Ne forte fides illorū lædatur, qui forsan superiori-
bus suis obedientiā debitā semper impenderunt, processus nostros
hmōi reaggrauam⁹, uobis omnibus & singulis supradictis mandañ.
quatin⁹ ex tūc oēs & singulos subditos uestros & christianos utrius-
q; sexus hoīes præsertim dicti mḡi Iacobi familiares, nec non fra-
tres dicti ordinis sub excōicatiōis pœna prædicta moneatis & req-
ratis. Quos & nos tenore præsentiū sic requirimus & monemus ut in-
fra sex dierū monitiōē & requisitionem uestras hmōi immediate se-
queñ. spaciū, quos quidē sex dies ipsis & eorū cuilibet pro canonica
monitiōe terminoq; peremptorio præfigim⁹ & assignamus, ipse ui-
delicet moniti et requisiti a participatiōe communiōe familiarita-
te & seruitio dicti excommunicati aggrauati penitus et omnino de-
sistant. Nec cum eo seruiendo, stando, loquendo, comedendo, bi-
bendo, sal, aquam ignem ministrādo, aut aliquo alio communiōis
genere siue humanitatis solatio, præterq̄ in casibus & personis a iu-
re permissis, quouis modo communicent aut aliquis eorum com-

munice. Alioquin contrarium facieñ. minoris excommunicatio-
nis sententias incidisse, & incurrisse modo & forma præmissis publi-
ce denunciatis & denunciari ac ab omnibus chi istifidelibus arctius
euitari faciatis, donec aliud a nobis desuper fuerit significatum. De
mū si prænominatus et ex cōicatus denunciatus aggrauatus & reag-
grauatus dictam reaggrauatiō. sententiā per alios decem dies di-
ctos decem dies immediate sequē. animo quod absit sustinuerit in
durato pharaonis duritiam imitando, ad modū aspidū surdarū au-
res suas obturantiū, ne forte uoces audiant incantantiū, ex tunc at-
tendē. q̄ tanto grauiora sunt peccata quanto diutius animas infœ-
lices detinent ligatas, omnes & singulas ciuitates terras oppida ca-
stra uillas aliaq̄ loca in & sub quibus ipsum excōicatū aggrauatum
& reaggrauatum deuenire morari declinare aut cōuenire contige-
rit ecclesiastico supponim⁹ interdicto, uobis om̄ib⁹ & singulis distri-
cte præcipiē. mandā. quatenus in præsentia eiusedē excōmunicati
aggruati reaggruati & interdicti quā diu ibidē fuerit morā traxe-
rit domiciliū siue receptaculum inibi habuerit & per tres dies post
ipsius recessū cōtinue sese sequē. c. stes & cessari faciatis penit⁹ ab
officiis diuinorū. Ita quod hmōi nostro durante interdicto nulla ec-
clesiastica sacramenta penit⁹ ministrent nisi baptismus confessio &
penitentia omnibus indifferenter. Eucharistia infirmis tantū, & ma-
trimoniū sine ecclesiastica solennitate contrahat, inibiq̄ & sub eis-
dem locis decedentibus ecclesiastica denegetur sepultura. Quod si
forte uos omnes & singuli prædicti præmissa omnia & singula pro
ut uobis mandantur facere adimplere recusaueritis, mandatisq̄ et
monitiō. nostris huiusmodi immo uerius apostolicis non paruerti-
tis realiter & cum effectu, nos in uos omnes & singulos qui culpabi-
les fueritis in præmissis aut rebelles, singulares personas excōmuni-
cationis. In capitula uero collegia & conuentus quæcūq̄ in his de-
linqueñ. suspensiō. a diuinis, et in ipsoꝝ delinquentiū & rebellium
huiusmodi ecclesias monasteria & capellas interdicti sententias fe-
rimus in his scriptis & etiam promulgamus. Vobis uero reuerendis
simis ac reuerendis in christo patribus & dominis dominis Archie-
piscopis & epistolis præfatis dumtaxat exceptis quibus ob reueren-
tiam uestrarum pontificaliū dignitatū deferimus in hac parte, si cō-
tra præmissa uel aliquid præmissorum feceritis per se uel submissas

personas, sex tamen dierum canonica monitione præmissa, ingres-
sum ecclesiæ interdiximus in his scriptis, Si uero huiusmodi inter-
dictum per alios sex dies præfatos sex dies immediate sequen. susti-
nueritis, uos in his scriptis similiter canonica monitione præmissa
suspendimus a diuinis. Verum si præfatos interdicti & suspensioñ.
sententias per alios sex dies dictos duodecim dies immediate se-
quen. animis quod absit sustinueritis induratis uos in eisdẽ scriptis
eadem canonica monitionẽ. præmissa ex nunc pro ut ex tunc, & ex
tunc pro ut ex nunc ex cõmunicatiõis sententia innodam⁹. Absolu-
tionẽ uero omniũ & singulorũ qui præactas sententias aut eorum
aliquã incurrerint siue incurrerit quoquo mó nobis uel superiori no-
stro tantũmõ referuam⁹. In quorũ oĩm & singulorũ fidem & testimo-
nium præmissorũ præsentis literas siue præsens publicum instrumẽ-
tũ hmõi nostros p̄cessus executoriales in se continentes siue conti-
nens exinde fieri, & per Notariũ publicum nostrũq; & hmõi causã
coram nobis scribam infra scriptũ subscribi et publicari mandau-
mus, nostrĩq; sigilli iussimus et fecimus appensioñ. cõmuniri, Datũ
& act. in ciuitate Spiren. in aula nostra episcopali sub anno a nati-
uitate domini millesimo quingentesimo quãtodecimo, indictiõe
secunda, die uero luna uicesima quarta mensis Aprilis, pontificat⁹
Sanctissimi in christo p̄ris et domini n̄ri domini Leonis diuina pro-
uidencia papæ decimi anno secundo, præsentibus ibidem honora-
bilibus uiris magistro Hartmanno Lupolt sanctorum germani et
Mauritii & domino Martino z euterñ. sancti Guidonis Spiren. ec-
clesiarum canonicis testibus ad præmissa uocatis specialiter atq;
rogatis.

¶ Et ego Conradus Sies de Heppenheim clericus Moguntinen-
diocesis publicus sacra imperiali authoritate Notarius, causarumq;
curiæ Spiren. iuratus & huiusmodi causã coram reuerendi. et illũ-
stri principe et domino domino Georgio electo et confirmato ec-
clesiæ Spiren. Comite palatino Rheni ac bauariæ duce iudice et Cõ-
missario. Scriba, quia expensarũ taxatiõĩ præsentĩũq; l̄rarũ executori-
aliũ petitiõĩ & decreto, om̄ibusq; aliis et singulis p̄missis dũ sicut p̄-
mittit corã p̄fato Reueren. Spiren. iudice et cõmissario ap̄fico fie-
rent et agerent una cũ p̄noiatũ testib⁹ p̄ns interfui, eaq; om̄ia et sin-

gula sic fieri uidi & audiui. Tccirco prasens publicum instrumentū hmōi literas executoriales in se cōtineñ. manu alterius me interim aliis legitimis præpedito negociis fideliter scriptum exinde cōfeci subscripsi, publicauī, & in hanc publicam formam rede gi, signoq; & nomine meis solitis & cōsuetis una cum prælibati domini reuerēd. Spireñ. iudicis & commissarii apostolici sigilli appensione cōsignaui in fidē & testimonium omnium & singulorum præmissorum rogatus & requisitus.

¶ In nomine domini amen. Anno a natiuitate M.D. xiiii. indictione secunda. Die uero Iouis decima octaua mensis Maii, pontificatus sanctissimi in christo patris & domini nostri domini Leonis diuina prouidentia papæ decimi anno secundo. Ego Andreas Gudell notarius infra scriptus pro parte uenerabilis & eximii uiri domini Io. Reuchlin Phorceñ. Spireñ. diocef. L.L. doctoris principalis in retro scriptis literis executorialibus principaliter nominati legitime requisitus. Easde retro scriptas literas executoriales, ac omnia & singula in eisdem cōtenta & descripta reuerendo patri dño Iacobo de Hochstraten ex aduerso principali in dictis retro scriptis ex aduerso principaliter nominato, personaliter apphensio & reperto intimaui, insinuauī & notificaui, ac ad eius uerā & indubitātā noticiā deduxi, ipsumq; sub pœnis sentētiis & cēnsuris in præfatis retro scriptis literis executorialibus cōtēntis & cōpræhensis monui & requisui, alijsq; & alia feci & executus sum, prout in iam dictis literis executorialibus retro scriptis latius continetur & habetur. Et in signū ueræ legitimæ & realis executionis prænominato domino Iacobo de Hochstraten ex aduerso principali copiam earundem retro scriptarum literarum executorialiū per me notariū præ & infra script. collationatam & subscriptam dedi tradidi & assignauī, quam a me recepit. Super quibus omnibus & singulis præmissis præfatus eximius dominus Ioannes Reuchlin doctor principalis sibi a me notario publico infra scripto unum uel plura publicum seu publica fieri atq; confici petiit instrumentum uel instrumenta. Acta fuerūt hac in oppido Heidelberg Vuormaciensis diocefs in domo Bethleem dicta, sita in mōasterio fratrum ordinis p̄dicatorū ibidē superius in camera dicti dñi Iacobi de Hochstraten sub anno dñi, in dictiōe, die, mēse & p̄tificate q̄b̄ supra, p̄ntib⁹ ibidē discretis uiris Ioāne Obell

de Marpach Spireñ. & Caspar Durck de Stutgarten Constantieñ. di
ocesis scholarib⁹ uniuersalis studii Heidelbergeñ. testibus ad præmis
sa uocatis specialiter atq; rogatis,

¶ Et ego Andreas Gudell de Vucenheim clericus Vuormacieñ.
diocesis publicus sacra imperiali autoritate notarius approbatus,
quia præmissis omnibus & singulis dum sic ut præmittitur fierent
& agerentur una prænominatis testibus præsens interfui, eaq; oia
& singula sic fieri uidi & audiui atq; feci. Itcirco præsens publicum
tergotenus instrumentū manu mea propria scriptū exinde confeci
subscripsi publicauī & in hanc publicam formā redegi, signaq; & no
mine meis solitis & cōsuetis cōsignauī in fidē & testimoniū omniū
& singulorū præmissorū rogatus pariter & requisitus.

¶ Cū itaq; F. Iacobus, præfata sententiæ apostolicæ ac mandatis
executorialibus parere non uellet, diceretq; se ad sedē apostolicam
appellasse, quod tamē legitime nesciebat, & adhuc nescitur quia ne
q; parti nec iudici ut debuerat est insinuatū, iamq; cessaret inquisi
tor & quiesceret multis mensib⁹ & nō paruo tempore neq; ueritus
Turpiliani notā. & nec prosequeret si quā interposuisset appellatio
nē, Propterea timēs Ioan. Reuchlin ne forte aduersarii sui dolo ma
lo negociū protrahere uellent, quatenus idem Ioan. Reuchlin tam
senio q̄ ualetudine grauatus interea moreret, & q̄ tunc ille Inquisi
tor aut eius adhærentes mortuo sibi illuderēt. Quod idē frater Iaco
bus cū tota facultate theologiæ cuius erat tūc Decanus, multo an
te litis exordiū sibi grauiter minatus fuerat per Epistolā quandam
ab eo & tota facultate theologica Coloniēsi collegialiter ad se mis
sam, & sub facultatis sigillo datam ex Colonia die ultima mensis Fe
bruarii Anno domini millesimo quingentesimo duodecimo. Per
quā epistolā Ioannē Reuchlin cogere uolebant ad publicā reuoca
tionē faciendā adiunctis etiā his uerbis (sic em̄ in illa epistola præfa
to Reuchlin ab ipsis missa continet.) Prudens nāq; es (inquiunt) &
facile coniiicere poteris si tu nō feceris, & nos quoq; postq̄ res nobis
sic innotuit torperemus, reuera etiā post mortē tuā non de futuros
qui dum tu neq; loqui neq; respōdere illis posses, tamen leoni mor
tuo barbam uellerent. & te forte in ima tartara delapsum legentes
tua scripta & dicerēt & scriberent. Hæc sunt ipsa uerba Ioanni Reu
chlin ante hui⁹ processus initiū a theologis Coloniensibus quorū

frater Iacobus decanus erat grauius cōminata, quare sæpe noiatus Reuchlin, tam & si rem iudicatā pro se haberet, tñ fiducia ueritatis, & ne quis probus uir atq; doctus sibi mortuo barbā uellere aut illudere posset, inquisitoris ut aiebant appellantis tūc pratēsam prouocationē non attendit partis aduersæ negligentia ipsem t diligenter ad curiā Romanā deuoluit. Igif Ioannes Reuchlin Romam misit Acta causæ autentica & originalia cū registris ambaz instantiarū tam Moguntin. q̄ Spireñ. sigillatis & pcuratores suos legitimos cū libera cōstituit, Per quos supplicationē Sanctissimo dño nostro porrexit iuxta tenorē qui in sequenti processu apparebit, Et nihilominus petiuit etiā diligentissime ut causa hæc decidere sūmarie ac de plano sine strepitu iudicioꝝ, & quāto minoribus fieri posset temporibus & expensis. attento eo q̄ & p̄batiōes essent in p̄mptu & factū esset notoriū Et q̄ Ioan. Reuchlin esset singularis unica & priuata persona homo senex & ualeudinari⁹. mediocris facultatis respectu tot & tantoꝝ aduersariorū, nō potens sufficientib⁹ pecuniis tā abundantib⁹ & tot numero diuitibus mendicantibus facile resistere. Hoc idē secū petiuerūt Serenissim⁹ & Inuictissimus Romanoꝝ imperator electus. & Reuerendissim⁹ dñs Car. Gurcensis Itē illustrissimi duces electores Imperii Frideric⁹ saxonie et Ludouic⁹ bauariæ duces. Et dux Vuirtenbergeñ. Marchio Badensis princeps. Magister in clauso ordinis teutonicoꝝ. Et Germania superioris deo amabiles Episcopi quinque. Et. xiii. Abbates in sulati. Et quinquaginta tria oppida sueuiæ. & multi alii nobiles magistrat⁹, uniuersi & singuli nihil aliud petentes q̄ iustā et breuē hui⁹ litis expeditionē cū testificatiōe Ioan. Reuchlin doctrinæ atq; morū ecclesiæ catholicæ nullo scādalo sed edificatiōi quotidianæ existētīū, et hæc oīa sub sigillis suis et fidei dignis scripturis & epistolis cōmēdatiōis Sanctissimo dño nro papæ p̄ Io. Reuchlin exhibitis, Quare causā totā Sc̄titas sua delegauit in Curia ut in p̄te habet p̄cessū q̄ de uerbo ad uerbū seq̄ & est talis.

¶ Dominicus Grimanus, Miseratiōe diuina Ep̄us portuēñ. sanctæ Romane ecclesiæ Cardinalis sc̄ti Marci patriarcha Aquileiēñ. Iudex & cōmissari⁹ causarū causæq; & causis ac partib⁹ Infra scriptis a sanctissimo dño nostro papa specialiter deputat⁹ uniuersis & singulis dñis abbatib⁹ prioribus præpositis Decanis archidiaconis Scholasticis Cantoribus Custodibus Thesaurariis Succentoribus Sacri

criftis tā Cathedraliū etiā Metropolitanā. q̄ collegiatarū Canonis.
parochialiū q̄ ecclesiaꝝ. Rectorib⁹ seu locatē. eorū dē plebanis ui-
ce plebanis Capellanis Curatis & nō curatis uicariis perpetuis alta-
ristis. Ceterisq̄ presbyteris Clericis notariis & Tabellionib⁹ publi-
cis quibuscūq̄ per Ciuitatē & dioce. Spireñ. ac alias ubilibet cōstitu-
tis & eorū cuiuslibet insolidū, ac illi uel illis ad quē uel ad quos præsentes
nostræ literæ peruenerint salutē in dño, & nris hmōi immoueri
us apostolicis firmiter obedire mādati, Noueritis q̄ nuper Sanctif-
simus in christo pater & dñs noster dñs Lēo diuina puidētia papa
decim⁹. Quandā cōmissiōis siue supplicatiōis cedulā Nobis per cer-
tos suos cui fores præsenti fecit Quā nos cū ea qua decuit reueren-
tia recepimus huiusmodi sub tenore.

Beatissime pater Cū alias deuot⁹ S. V. Orator Ioan. Reuchlin
LL. doctor Laic⁹ Spireñ. dio. nō solū latinā, sed & gręcā & hēbrai-
cā linguas q̄ citra lactantiā eidē. S. V. exponit callens. Quendā libel-
lū seu Opusculū quoddā Oculare speculū nūcupatū, per quod Chri-
stifideles ad dandā operā sacris hoc est hēbraicis lris inuitare nite-
bat ac hēbreorū libros passim igni cremādos nō esse inter alia dice-
bat, edidisset Et Iacobus de hochstrateñ. pro sacra theologia: & or-
dinis prædicatoꝝ p̄fessore, ac in certis p̄uinciis germanicæ natiōis
de quatū numero eā puinciā quā orator incolebat et incolit esse di-
cebat hēreticæ prauitatis inquisitore se gerens, & nōnulli eiusedē Ia-
cobi ea in parte adhærentes Oculare speculū hmōi et q̄sdā declara-
tōes sup illo per oratorē similiter editas hēresim sapere falso asseru-
isset, Orta fuit inter ipos oratorē et Iacobū super p̄missis questiōn-
materia, et in causa hmōi corā ipso Iacobo. Cōpetentē iudicē ex præ-
tenso sibi uti dicebat iniuncto officio se affirmante, & forte aliis iu-
dicibus & Cōmissariis ad aliquos actus processu. Cum dictus ora-
tor a certo sibi per dictum Iacobum illato seu inferri comminato
granimine ad S. V. seu sedem apostolicam appellasset fuit causa ap-
pellationis huiusmodi una cū negocio principali Reue. P. & illustri
principi dño Georgio ex ducibus bauariæ & Comitib⁹ palatinis Rhe-
ni episcopo Spireñ. commissa, audiēda & sine debito terminanda,
Qui quidē dñs Georgius episcopus in illa rite pcedēs diffinitiuā per
quā inter cetera p parte oratoris bñ appellatū et nulliter p dictū Ia-
cobū pcessū ac eundē oratorē per Iacobū et ei⁹ adhæretes indebite

& iniuste occasione dicti opusculi & eius declarationū fuisse de sus-
picioñ. hæresis notatū & diffamatū ac opusculū & declaratiōes hu-
iusmodi nullā hæresim aut errorē ab ecclesia publice damnatū sa-
pere aut continere decreuit & declarauit, Sententiā promulgauit
a qua sententia pro parte Iacobi & eius adhærētū coniunctim seu
diuifim dicif ad S. V. appellatū. Cum autē pater clementissime in
hac causa agatur super prætenfis erroribus in dicto Opusculo con-
tentis. Et in ipso opusculo & eius declaratiōe cōtineant passim mul-
tæ particule, In quibus triū linguaz prædictarū auctores allegant
Et propterea opusculū & eius declaratiōes hmōi in nullo alio loco
q̄ in curia S. V. in qua hoīm in ipsis tribus linguis expertorū copia
habetur probari uel reprobari possint. Dignef. S. V. Causam & cau-
sas prætenfæ posterioris appellatiōis hmōi ac cōtra illam forsan at-
tentatorū quorūcūq; una cū toto negotio principali alicui ex reue-
rendissimis dominis sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, Et si
magis placet Reuerendissimo Car. Grimano cōmittere audiendum
cognoscendū decidendū, & sine debito terminandū. Cum omnibus
& singulis incidentibus dependentibus emergē. annexis & conne-
xis. Et cum opportuna illius a quibuscūq; iudicibus in partibus illis
forfan deputatis. quibus tamē cōmissio ei s forte directa præsentar-
ta nondū sit aduocatiōe ac potestate citandi & inhibendi in dicta
curia & extra eam etiā per edictum publicū, constito summariæ de
non tuto accessu, Cæteraq; faciendi & fieri mandandi quæ in præ-
missis, & circa ea necessaria fuerint seu quolibet opportuna, præmis-
sis ac constitutiōibus & ordinationibus apostolicis quodq; causa
seu causæ hmōi non sint forsan ad dictā curiā legitime deuolutæ ne-
q; in ea de sui natura aut iuris necessitate tractandæ seu etiā finien-
dæ cæterisq; contrariis nō obstantibus quibuscunq; habētes statum
& merita litis & causæ hmōi prænarratorū & aliorū hic forsan ne-
cessario exprimendoz tenores pro sufficienter expressis. In fine ue-
ro dictæ Cōmissiōis siue supplicatiōis cedulæ scripta erant de alteri-
us manus litera superiori literæ ipsius cedulæ penit⁹, & omnino dis-
simili & diuersa hæc uerba uidelicet, de mandato domini nostri pa-
pæ audiat idē reuerē. Cardi. Grimanus, & cōstito summarie de nō
tuto accessu Citet etiā per edictū ut petif. In extremitate uero infē-
rioris marginis eiusdē cōmissiōn. siue supplicationis cedulæ scripta

erant etiã de alienæ manus litera superioribus literis ipsius schedu-
læ etiã penit⁹ dissimili & diuersa hæc uerba uidelicet, placet .I. Post
cuiusquidẽ cõmissionis siue supplicatiõis schedulæ præsentatõnem
& receptionẽ nobis & per nos ut præmitti factas, fuimus pro par-
te Spectabilis uiri domini Ioannis Reuchlin LL. docto. principalis
in præinserta cõmissiõẽ nobis ut præmitti facta & præsentata prin-
cipaliter nominati debita cū instantia requisiti. Quatenus sibi cita-
tionẽ personalẽ extra Romanã curiã & ad partes cõtra & aduersus
quendã Iacobũ de hochstrateñ. ordinis prædicatoꝝ sacra theolo-
giæ p̄fessorẽ ex aduerso principalem in eadẽ præinserta cõmissiõẽ
ex aduerso principaliter nominatũ iuxta prætractæ cõmissionis uim
formã cõtinentiã. & tenorẽ in forma solita & cõsuetã decernere &
cõcedere dignaremur, Nos igit̄ Dominicus ep̄us portuen̄. & Cardi-
sancti Marci Iudex & cõmissarius præfat̄ attendẽ. requisitiõẽ hu-
iusmodi fore iustam & consonã rationi uolentẽq; in causa & causis
hmõi rite & legitime p̄cedere ac partib⁹ ipsis dante domino iustici-
am ministrare ut tenemur, & nihilominus q̄ dictã citationẽ perso-
nalẽ cõtra & aduersus Iacobũ de hochstrateñ. ordinis prædicatoꝝ
ex aduerso principalẽ nõ maliciõse, sed pro iusticia cõsequeñ, pete-
ret. Idemq; dñs Ioannes Reuchlin principalis iuxta cõstitutionem
Gregorianã super citationẽ, personalibus decernendis editã sub pœ-
na ducentoꝝ florenõꝝ Auri de camera boni & iusti ponderis p̄ unã
eidẽ cameræ apostolicæ & pro alia medietatibus dicto Iacobo de
hochstrateñ. ex aduerso principali personaliter citando applican-
dorũ q̄ cãm hmõi cõtra eundẽ Iacobũ de hochstrateñ. ex aduerso
principalẽ usq; ad finẽ litis p̄sequi uellet & intenderet se efficaciter
obligauit. Itcirco apostolica auctoritate nobis cõmissa & qua fun-
gimur in hac parte, uos oẽs & singulos supradictos & uestrũ quẽli-
bet in solidũ tenore præsentũ requirimus & monem⁹ primo secun-
do tertio & peremptorie uobisq; nihilomin⁹ & uřm cui libet in uir-
tute sanctæ obediẽtiæ & sub excõicatiõis pœna quã in uestrũ quẽli-
bet canonica monitiõẽ p̄missa, si ea quæ uobis in hac parte cõmitti-
mus & mãdam⁹ neglexeritis seu distuleritis cõtumaciter adimplere
ferim⁹ in his scriptis, districtẽ p̄cipiẽdo mandan. quaten⁹ infra sex
dierũ spaciũ post p̄ntationẽ seu notificatiõẽ p̄ntiũ uobis seu alte-
ri uestrũ factas. Et postq; pro parte dicti dñi Ioannis Reuchlin prin-

apalis super hoc uigore presentiu fueritis requisiti seu alter uestru fuerit requisitus immediate sequen. Quoru sex dierum duos p primo duos p secundo & reliquos duos dies uobis uniuersis & singulis supradictis & uestru cuilibet p tertio & peremptorio termino ac monitiōe canonica assignamus, Ita tamē q̄ in exequendis un⁹ uestru alteru nō expectet, nec un⁹ p alio seu per aliu se excuset praefatum Iacobu de hochstraten ex aduerso principale in eius propria persona si ipsi⁹ presentia comode habere poteritis, Alioquin in monasteriis siue hospiciis habitationis suae si ad ea tutus pateat accessus, Et in parochiali seu parochialibus sub qua uel quibus degit & morat. Sin aut in Cathedrali Spirensi. & dictis parochiali uel parochialibus sub qua uel quibus degit & morat. Alii siue ecclesiis & locis publicis quibuscumq̄ de quib⁹ ac ubi dū ibidē populi multitudo ad diuina audienda conuenerit aut alias legitime congregata fuerit ex parte nostraimmo uerius apostolica auctoritate alta & intelligibili uoce peremptorie citare curetis, Ita tamē quod uerisimile citationem nostrā hmoi ad ipsius citandi Notitiā indubitata deuenire, ne de praemissis uel infra scriptis ignorantia aliquā ostendere ualeat, seu etiā quolibet allegare, quē nos tenore praesentiu sic citam⁹, quaten⁹. xl. die post citationē uestrā hmoi per uos seu alteru uim ei factā immediate sequen. si dies ipsa quadragesima iuridica fuerit, Et nos uel alter forsan loco nostri Surrogand⁹ uel Subdelegand⁹ auditor ad iura reddēdū et ad causas audiendū p tribunali sederimus uel sederit. Alioquin proxima die iuridica immediate sequen. qua nos uel eundē surrogandū siue Subdelegandū auditore praefatu Romae uel alibi ubi tunc dñs noster papa cum sua romana Curia residebit in palatio s. Marci habitatiōis nostrae hora uesperarū & audientiae causarū more comissariorū consueta. Ad iura reddendū & causas audiendū pro tribunali sedere cōrigerit. Cōpareat personaliter & in eius propria persona in iudicio legitime coram nobis uel dicto domino surrogando siue subdelegando Auditore praedicto per se cū omnibus & singulis actis actitatis literis scripturis instrumētis processibus priuilegiis aliisq̄ iuribus & munimētis causam & causas huiusmōi tangentibus seu eam & eas quolibet cōcernētibus praefato dño Iohanni Reuchlin principali seu eius peuratori legitimo de & super omnibus & singulis in supradicta et a nobis facta & presentata commissione cōtentis de Iusticia re

sponsuri ac in causa & causis hmoi ad omnes & singulos actus & terminos gradatim & successiue etiam usq; ad diffinitiuam sententiā inclusiue debitis & cōsuetis terminis & dilationibus precedentibus et moris est processuri & procedi uisuri, aliasq; dicturi facturi allegaturi audituri & recepturi quicq; iusticia suadebit & ordo dictauerit rationis. Certificantes nihilomin⁹ eundē sic citatū q; siue in dicto citationis termino ut prēmissū est comparuerit siue non, Nos nihilominus uel dictus surrogandus siue subdelegand⁹ Auditor ad partis comparentis & causam seu causas hmoi psequi curantis instā. ad prēmissa oia & singula ac alias put iustū fuerat pcedemus seu pcedet iusticia media. Disti citati cōtumacia seu absentia non obstante in aliquo. Et insuper attendē. q; lite & causa seu causis huiusmodi sicut prēmittit corā nobis in Romana curia indecisis pendentibus nihil sit in partib⁹ innouandū, & p quēcūq; seu attentādū. Iccirco uobis omnibus & singulis supradictis quibus pntes nostræ li tera dirigunt, & cuilibet uestrū autoritate apostolica supradictō mō & forma prēmisi tenore pntiū cōmittim⁹ & mandamus. Quatenus post legitimā dictæ citationis executionē reuerendo in christo patri & dño domino dei & apostolicæ sedis gratia episcopo Spiren. eiusq; in spiritualibus & temporalib⁹ uicario seu officiali generali. Ceterisq; officialibus iudicibus cōmissariis delegatis subdelegatis & extraordinariis quibuscūq; per ciuitatem & dioce. Spiren. prædictas & alias ubilibet constitutis & præsertim Iacobus hochstraten. ex aduerso principali supradicto. Omnibusq; aliis & singulis quorū interest intererit seu interesse poterit quomodolibet in futurū quibuscūq; nominibus censeant seu quacūq; præfulgeant dignitate de quibus pro parte antedicti domini Ioannis Reuchlin principalis uigore præsentiu super hoc fueritis requisiti seu alter uestrū fuerit requisitus inhibeatis. Quibus nos etiā & eorū cuilibet tenore præsentiu inhibemus ne ipsi seu eorum alter in causa et causis huiusmodi per se uel per alium seu alios publice occulte directe uel indirecte quouis quæsto colore uel ingenio in litispēdē. et iurisdiction. nostrā immoueri apostolicæ sedis uilipendium & contemptum dictiq; domini Ioanni Reuchlin principalis iurisp; sui præiudiciū & grauamē lite et causa seu causis hmoi, Corā uobis indecisis pendē. quicq; innouare seu attentare psumat seu psumat. Quod si se

factum fuerit id totum reuocare & in statū pristinum reducere cu-
rabimus iusticia mediañ. Diem uero citationis & inhibitionē uestra-
rū hmōi atq; formā, & quicquid in pmissis feceritis seu alter uestrū
duxerit faciendū nobis per uestras literas patētes, aut instrumentū
publicū harū seriem seu designationē in se cōtinēn. siue cōtinens re-
missis p̄sentib⁹ quāto citius poteritis fideliter intimare curetis. Ab
solutionē uero omniū & singulorū qui p̄fatā nostrā excōmunicati-
onis sententiā incurrerint siue incurrerit quoquomō nobis uel su-
periori nostro tantūmodo referuamus. In quorū omniū & singulo-
rum fidem & testimoniū p̄missorū p̄sentes literas siue p̄sens publi-
cum instrumentū hmōi nostras citationē. & inhibitionē in se conti-
nentes siue cōtinens exinde fieri. & per notariū publicū nostrumq;
& hmōi causā corā nobis scribam infra scriptū subscribi & publica-
ri mandauimus. Sigilli q; nostri iussimus & fecimus appensione cō-
muniri datū & actum Romæ in palatio sancti Marci nostræ residen-
tiæ. Sub anno a natiuitate domini. M. D. xiiii. indictione secūda. Die
uero Iouis octaua mēsis Iunii, pontificatus p̄fati sanctissimi in chri-
sto patris & dñi nostri domini Leonis diuina prouidētia papæ deci-
mi anno secūdo, p̄sentibus ibidē uenerabilibus uiris dñis Petro Ale-
xandro uicario Mortegliani Aquileieñ. diocef. secretario nostro.
Et Iacobo Nordio canonico Aquileieñ. testibus ad præmissa uoca-
tis specialiter. atq; rogatis.

¶ Et ego Iacobus Sketa Trebanus clericus Aquileieñ. diocef. pub-
licæ auctoritate notarius p̄libatq; reuerēdissimi domini epi, Car-
dinalis patriarchæ, iudicis & cōmissarii apostolici & hmōi causæ co-
ram eo scriba, quia dictis citationē. & inhibitionē. petitioni & decreto
omnibusq; aliis & singulis dum ut præferē agerent & fierent una cū
p̄nominatis testibus p̄sens interfui, ea q; omnia & singula sic fieri uidi
& audiui. Idcirco hoc p̄sens publicū instrumentū manu alterius scri-
ptū me aliis negociis impedito exinde cōfeci, subscripsi, publicauī,
& in hanc pub. formā redegi, signoq; & nomine meis solitis & con-
suetis una cū p̄fati reuerēdissimi domini Cardinalis iudicis & com-
missarii, sigilli appensione signi uero rogatus & requisitus in fidem ro-
bur & testimoniū omnium & singulorum p̄missorum.

¶ Per hanc citationē frater Iacobus Inquisitor p̄fatus ad cōparen-
dum personaliter in curia Romana uocatus, tandē in propria per-

sona Romam uenit cū magnis suarū & aliarū uniuersitatū principi-
pum & dominorū p̄motiōibus, pulchro equitatu comitatus, iactā
do se pecuniis sufficiētibus instructū esse quibus istū doctorē Iohan-
nem Reuchlin tā in honore suo ac bona fama q̄ etiā in externo: ū
bonorū fortunis suppressere possit. Postq̄ āt Romā uenerat, primū
& sūmū studiū adhibebat ut reuerēdissimū dñm Bernardinū Card.
S. Crucis hui⁹ causā cognitōi adderet iudicē, q̄ iā eūdē frēm Iacobū
ab excōmunicationis uinculo absoluerat, parte aduersa nō citata,
& qui ante in legatiōe germanica a se & suis theologis in Colonia
q̄ optime hospitio receptus & tentus fuerat. Quare libenter ipsum
intrusisset, nisi fuisset pro parte Io. Reuchlin multis & iustis de cau-
sis recusatus. Quibus recusationibus papa recte motus, iudicem aliū
adiunxerat reuerēdissimū dñm. Card. sancti Eusebii, mandādo qua-
tenus reuerēdis. Cardinales sancti Marci & sancti Eusebii totum
hoc negotium expedirēt etiam appellatione remota prout in pro-
cessu infra scripto continetur, qui sequitur & est talis.

¶ Dominicus Grimanus, misericordie diuina ep̄s Portuen. san-
ctæ Romanæ ecclesie Card. sancti Marci, ac sanctæ sedis Aquileien.
patriarcha, totiusq; ordinis minorū beati Francisci & sanctæ Claræ
& fratrum tertii ordinis de pœnitētia, gubernator, protector & corre-
ctor iudex & cōmissarius, ac reuerēdissimi in christo patris & domi-
ni dñi eiusdē sanctæ Romanæ ecclesie Cardi. sancti Eusebii, etiā iu-
dicis & cōmissarii subdelegatus, causæ & causis ac partib⁹ infra scri-
ptis a sanctissimo dño nostro papa specialiter deputatus uniuersis
& singulis dñis abbatibus, priorib⁹, p̄positis, decanis, archidiaconis,
scholasticis, cantoribus, custodibus, thesaurariis, succētoribus, sacri-
stis tā cathedraliū etiā Metropolitan. q̄ collegiatarū canonicis pa-
rochialiūq; ecclesiarū rectoribus seu loca tenentibus eorundē ple-
banis, uiceplebanis, capellanis, curatis & nō curatis, uicariis, perpe-
tuis, altariis, ceterisq; p̄sbyteris, clericis, notariis & tabelliō. bus pu-
blicis, q̄buscūq; per ciuitates & dioceses Colonien. et Spiren. ac ali-
as ubilibet cōstitutis, et eorū cuilibet insolidū, ac illi uel illis ad quē
uel ad quos p̄sentes nostræ literæ peruenerint, Salutē in dño et nr̄is
hmōi immo uerius apostolicis firmiter obedire mādatis. Noueri-
tis q̄ nuper sanctissimus in ch̄o pater et dñs noster dñs Leo diuina
p̄uidētia papa decimus quādā cōmissionis siue supplicationis sche-

ulam, quinque alias commissiones in fronte insertas habentē nobis
& p̄fato reuerēdissimo Card. sancti Eusebii per certos suos cursores
praesentari fecit, quā nos & ipse cū ea qua decuit reuerētia recepim⁹
hmōi sub tenoribus sequētib⁹. **BEATISSIME** pater cū alias de
uotus S. V. orator Io. R. uchlin. LL. doctor, laicus Spireñ. diocesi. nō
solū latinā sed & grācā & hebraicā linguas, quod citra iactatiā eidē
sanctitati uestrae exponit, callens, quendā libellū seu quoddā opu-
sculū Oculare speculū nuncupatū, per quod christifideles ad dan-
dū operā sacris, hoc est hebraicis literis inuitare nitebat, ac hebrao-
rū libros passim igni cremādos nō esse inter alia dicebat, edidisset,
& Iacobus de Hochstraten pro sacrae theologiae & ordi. p̄dicatorū
p̄fessore, ac in certis puinciis germanicae nationis, de quarū nume-
ro eā puincia quam ipse incolebat & incolit esse dicebat, haereticarū
prauitatis inquisitore se gerens. Et nōnulli eiusdē Iacobi ea in parte
adherēñ. Oculare speculū hmōi, ac quasdam declarationes super illo
per oratorē similiter editas haeresim si pere falso asseruisset. Orta su-
it inter ipsos oratorē & Iacobū super p̄missis, q̄stiois materia. Et in
causa hmōi tam corā ipso Iacobo competentē iudicē ex p̄tensio si-
bi uti dicebat, iniuncto officio se affirmāte & forte aliis iudicibus &
cōmissariis ad aliquos actus p̄cesso. Cū dictus orator a certo sibi per
dictū Iacobū illato seu inferri cōminato grauamine ad S. V. seu se-
dem apostolicā appellasset, fuit causa appellationis hmōi cū nego-
cio principali reuerend. patri & illustri principi dño Georgio ex du-
cibus Bauariae & comitibus Palatinis Rheni ep̄o Spireñ. cōmissa,
audiend. & sine debito termināda. Qui quidā dñs Georgius ep̄s in il-
la rite p̄cedens diffinitiuā, per quā inter alia pro parte oratoris be-
ne appellatū & nulliter per dictū Iacobū p̄cessum, ac eundē ora-
torē per dictū Iacobū & eius declarationē. fuisse de suspitione hae-
reses notatum & diffamatū, ac opusculū & declarationes hmōi nul-
lam haeresim aut errorē ab ecclesia publice damnatum sapere aut
continere decreuit & declarauit, sententiā promulgauit, a qua sen-
tentiā pro parte Iacobi & eius adherēñ. coniunctim seu diuisim
dicitur ad S. V. appellatum. Cum autem pater elemētis. in hac cau-
sa agatur super praetensis erroribus in dicto opusculo contentis. Et
in ipso opusculo & eius declarationē. contineant passim multa par-
ticulae in quibus trium linguarū autores allegant praedictarum: Et

opusculū propterea & eius declarationes hmōi in nullo alio loco
q̄ in curia S. V. in qua hominū in ipsis tribus linguis expertorū co-
pia habet probari uel reprobari possint, dignet S. V. causam & cau-
sas prætensæ appellationis posterioris hmōi, ac contra illā forsan
attentatorū quorūcūq; una cum toto negotio principali alicui ex
reuerendis. dñis sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, & si magis
placet reuerendis. domino Cardi. Grimano cōmittere, audiend. co-
gnoskend. decidē. & sine debito terminandū. Cum omnibus & sin-
gulis incidē. dependē. emergē. annexis & cōnexis. Et cū oppor-
tuna illius a quibuscūq; iudicibus in partibus illis forsan deputatis,
quibus tamen cōmissio eis forte directā & non dum præsentata sit
aduocatione ac potestate citandi & inhibendi in dicta curia & ex-
tra eam etiā per edictum, cōstito summarie &c. de nō tuto accessu,
ceteraq; faciēdi & fieri mandādi quæ in præmissis & circa ea necessa-
ria fuerint, seu quolibet opportuna p̄missis ac cōstitutionibus & or-
dinatiōibus apostolicis, quodq; causa seu causæ hmōi nō sint forsan
ad dictam curiā legitimæ deuolutæ, neq; in ea de sui natura aut iu-
ris necessitate tractandæ & finiēda. Ceterisq; cōtrariis nō obstantib⁹
quibuscūq; habentes statū & merita litis & causæ hmōi p̄narrato-
rum & aliorū hic forsan necessariorū exprimendorū tenores pro-
sufficenter expressis. De mandato dñi nostri papæ audiat idem re-
uerendis. Dominicus Grimanus, & cōstito sūmarie de nō tuto ac-
cessu etiā citet per edictū ut petif. Placet. I. BEATISSIME pa-
ter postq̄ deuotissim⁹ S. V. in ch̄so filius Maximilianus Romano-
rum imperator electus, errores quantū cum iusticia potuerat sub-
mouere, tunc cupiens aliisq; rationabilibus causis inductus quen-
dam libellum Speculum oculare intitulatum per quendam Ioan-
nem Reuchlin LL. doctorem aduersarium in lingua uulgari Ale-
manica in iudaicæ perfidiæ fauorem editum tāquam simplicium
christifidelium scandalizantium ubilibet. Ac deuotæ S. V. creatu-
ræ Moguntinē. & Colonienē. ac Herbipolenē. & Vuormacieñ. archi-
episcopi & episcopi per ipsorum respectiuas ciuitates & dioceses
ubicūq; repertū uēdi & publicari respectiue phibuisent. Ne enō idē
libellus per artē imp̄ssoriā multipliciter ac in copioso numero ad
nūdinas Frācofordienē. Moguntinē. diocel. adduct⁹ sub formidabilib⁹

pœnis arreatat⁹. Et mercatoribus ne eundē cuiq̄ uenderent sub simi-
libus pœnis inhibitu fuisse. Et dicit⁹ Ioannes aduersari⁹ p̄ dicti libel-
li Speculū Oculare nuncupati defensionē quendā aliū iniuriosū no-
uū libellū edidisset, & præfat⁹ Maximilian⁹ imperator electus Mo-
guntinē. Colonienē. & Treuerē. Archiepiscopis ac hæreticæ prau-
tatis inquisitoribus & cuilibet i psoꝝ in solidū dictos libellos per di-
ctū Ioannē aduersariū editos & publicatos suppressere cōmississet
Et deuo⁹ S. V. Iacobus hochstrate⁹ ordinē s. Dominici expressē p̄-
fessus in sacra theologia magister, ac dictæ hæreticæ prauitatis per
Mogunū. Colonienē. & Treuerē. puincias inquisitor a sede apostoli-
ca sepcialiter deputatus a Collegio theologicæ facultatis uniuersi-
tatis Colonienē. ut cōtra dictū libellū Speculū Oculare nuncupatū
ipsiusq̄ defensores, put iuris foret pcederet legitime requisit⁹ fuisse.
Idem Iacob⁹ inquisitor Orator præfat⁹ mandatis & requisitioni
hmōi annuens, & in hmōi causa & negotio arduis mature ut decuit
procedere cupiēs, libellū Speculū Oculare nuncupatū prædictū cū
suis defensionibus & ipsi⁹ impugnationē quattuor diuersaz uniuersi-
tatū in actis specificataz sacre theologiæ p̄fessoribus examinandū
exhibuit & cōsignauit, qui desuper collegialiter cōgregati diuersis
cōsultationibus & resolutionib⁹ præhabitis dictū libellū speculum
Oculare nuncupatū tanq̄ intolerabile. & ab usu humano oīno tol-
lendū fore iudicarūt & cōdemnarūt. Iacobus orator præfat⁹ cōsiliis
tot dictæ facultatis p̄fessorū præmunir⁹. Ac postq̄ fides & publica
fama q̄ dict⁹ libell⁹ fuisse de ueritate fidei exorbitans ac positiones
suspectas ac hæresim sapiētes cōtineret corā ipso oratore legitime
facta fuisse. Idē orator cōtra libellū speculū Oculare nuncupatū p̄
dictū tanq̄ diuersas in fide erroneas ac reprobatas positiones cōtinen-
tē instituisse, ac dictū Ioannē Reuchlin aduersariū eiusdē libelli edi-
torē, quaten⁹ sua interesset ac quoscūq̄ alios sua cōmuniter uel diui-
sim interesse habuisse, ipsumq̄ libellū defendere prætendentes ad ci-
uitatē Moguntinē. ad certos terminū & locū tunc expressos citari
fecisset. Et deinde Ioannes aduersarius multas & diuersas friuolas su-
spicion. causas cōtra Iacobū inquisitorē oratorē præfatū eiusq̄ per-
sonā obieciisset. Ac idē orator p̄cessū prædictū per ipsum ut præferē
institutū abbreviandi causa officio accusatoris & delatoris sibi dū-
taxat reseruato, ac se ab officio cognoscendi & in causa & in causis

hmōi diffiniendi exonerando causam & causas easdē certis cōmissa-
riis in actis specificatis per bonæ memoriæ Vrielem archiepisco-
pū Moguntinē. specialiter deputatis audieñ. cognosceñ. decideñ.
& in fine debito terminādas reliquisset. Et aliquali p̄cessu corā eis-
dē cōmissariis inchoato Ioannes aduersarius præfat⁹ a quadā inter-
locutoria sn̄a & certis aliis grauaminibus confictis tūc expressis ad
S. V. sanctāq; sedem apostolicā appellasse dicif. ac causam præten-
sā appellatiōis & appellatiōnū hmōi. postq̄ dicti cōmissarii pro tri-
bunali ad in causa & causis hmōi p̄nunciandū sedissent. Et præfat⁹
Vriel archiepiscop⁹ Moguñ. cōmissarios hmōi ad dicti Ioannis ad-
uersarii ut credif instantiā reuocasset. ac Iacobus orator præfat⁹ ab
ulteriori p̄cessu in causa inquisitionē hmōi se abstinuisset. per eādem
S. V. reuerēñ. patribus dñis Vuormacieñ. & Spireñ. episcopis uel eo-
rū alteri audieñ. & sine debito terminan. cōmitti obtinuit. Cui⁹ præ-
tensā cōmissiōnē. surreptitiē & obreptitiē extorta uigore certi com-
missarii per reuerēñ. patrē dominū Georgium episcopū Spireñ. sub
delegatū præfatū oratorē ad dicti Ioannis aduersarii instan. ad Io-
cū ad quattuor dietas a fine diocesis oratoris distantem etiā cōtra
formā dictæ prætensæ cōmissiōis citari mād arūt. putcit⁹ extiterat.
& oratore per p̄curatorē in termino citatiōnē. legitime cōparente.
Cū idē orator nōnullas exceptiōes surreptionē & obreptionē & in-
uali ditatē dictæ cōmissiōis deduceñ. exhibuisset. Et q̄ nisi eisdē exce-
ptiōibus discussis ad ulteriora p̄cedi nō deberet præstat⁹ fuisse. dicti
cōmissarii præmissis nō attētis se exceptiōibus hmōi tacite reiectis
iudices cōpeteñ. sententialiter p̄nunciarūt. & quāuis ab hmōi iudi-
ciū cōpetentiū p̄nunciatiōe ac dictarū exceptiōnū tacita reiectiōne.
aliisq; grauaminibus in appellatiōe seu appellatiōibus desuper in-
teriectis latius expressis p̄ parte dicti oratoris ad eandē S. V. sanctāq;
sedē a postolicā appellatū fuisse. Et idem orator eidem appellatiōi
semper adhesisset. Et cū alter per dictū dñm Georgiū episcopū sub-
delegatorū in causa & causis hmōi etiā usq; ad cōclusiōnē causæ in-
clusiue p̄cessisset præfat⁹ dñs Georgi⁹ ep̄s Spireñ. delegatus causam
& causas ad se aduocauit. Et postq̄ appellatiō prædicta p̄ parte di-
cti oratoris interposita sibi insinuata fuisse libellū Speculū Ocula-
re nuncupatū p̄dictū de & super quo & illi⁹ ualiditate agebat antea
semel per certū aliū d. ctæ prauitatis inq̄sitorē iudicialiter condem-

H

ntū per prætenſā diffinitiuā in dicti Ioānis aduerſarij, & cōtra ora
torē præfatū cū expenſarū cōdemnatōe iuſtificauit ſniam a qua præ
tenſa diffinitiuā ſententia per dictū dñm Georgiū ep̄m delegatum
ut præfertur lata ac toto prætenſo p̄ceſſu ipſius occasione quolibet
habito & facto iterū p̄ parte Iacobi inquisitoris oratoris præfati ad
S. V. et ſedē prædictas legitime appellato, Cū aut̄ pater ſancte cauſa
hmōi ſinceritatē fidei chr̄ianæ & ſanctā Catholicam eccleſiā, cuius
eadē S. V. ſponſus & ppugnator exiſtit, cōcernens, adeo ardua eſt, ut
nullibi q̄ apud S. V. & ſedem apoſtolicā tractari cōueniat ne tunica
incōſutilis dñi zizania ſathanae crucis Chriſti inimici diſſolui poſ
ſit. Digneſ igit̄ eadē S. V. ad ipſius Iacobi inquisitoris oratoris præ
fati præces, qui p̄ ſe catholica ut decuit multos frequenter labo
res ſubiit & ſe p̄ deſenſiōe cauſæ hmōi perſonaliter ad Romanā cur
riā diuertit, cauſam & cauſas hmōi a quibuſcūq̄ iudicib⁹ tam in par
tibus q̄ in dicta Romana curia corā quib⁹ cauſa hmōi inſtructa nō
exiſtit, quibus forſan eedē cauſa & cauſæ per eandē S. V. cōmiſſæ re
perirēt ad ſe aduocare illāq̄ & illas nec nō cauſam & cauſas ſingula
rū appellatiōis & appellatiōnū pro parte dicti oratoris ut præferē
ſucceſſiue ad eandē S. V. interpoſitæ & interpoſitæ, nullitatē & nul
litatū dictæ prætenſæ diffinitiuæ ſententiæ per dictū dñm Georgi
um ep̄m delegatū lata, omniūq̄ & ſinguloꝝ p̄ceſſuū per eūdē dñm
Georgiū & aſſertos cōmiſſarios per ip̄m ſubdelegatos, accoram eis
quolibet habitoz & factoz ac reuocatiōis cōmiſſarioꝝ per dictum
Vrielem archiep̄m Mogū, ut præferē factæ attentatorūq̄ & inno
uatorū quo ūcūq̄ una cū toto negotio p̄cipali duobus reuerē.
dñis Cardin. ſancti Marci & ſancti Eusebii qui ſūt in deputatione ſa
cri Lateranen. cōcilii i negotiis fidei deputati, ſūmarie ſimpliciter
& de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii ſola facti ueritate inſpecta
cōmittere audien. dū, cognoscendū, ac ſacro lateranen. cōcilio refe
rendū. Cū omnib⁹ ſinguliſq̄ ſuis inciden. emergen. dependen. anne
xis & cōnexis, ac ptate dictū Ioannē Reuchlin aduerſariū oēſq̄ ali
os & ſingulos ſua cōiter uel diuiſim intereſſe putates ac cōtenti i di
cto libello ſpeculo Oculari nūcupato defendere uolentes in execu
tiōe citatiōnū p̄ntiū uigore decernēda noiandos in dicta Ro. cu. ex
tra eā & ad partes etiā per edictū publicū, conſtituto ſūmarie &c. & ex
tra iudicialiter de nō tuto acceſſu citandi, eiſq̄ & aliis q̄bus & quoti

ens opportunū uisū fuerit etiā sub excoꝛicatiōis aliisq; sententiis, cen-
suris ecclesiasticis, etiā pecuniariis, arbitrio cōmissariorū aut alteri⁹
eorundē, moderatū, ac cū respectiuis medietatibus more solito toti
ens quoties cōmissū fuerit applicatū, pœnis, & in euentū cōtrauenti
onis. Cū p̄tate cōtraueniētes ac rebelles censuras & pœnas hmōi in-
currisse declarant, ipsosq; cōtraueniētes, ac illos ac p̄cessus habent, ag-
grauant, reaggrauant, interdictū ecclesiasticū ponent, ac auxiliū bra-
chii secularis inuocadi. Ceteraq; alia in p̄missis necessaria & oppor-
tuna faciēnt, & exercend, ac fieri mandant, p̄missis ac cōstitutiōib⁹ &
ordinatiōib⁹ apostolicis, stilo palatii, iuribusq; quodq; causa & cau-
sā hmōi ad dictam Ro. cu. legitime deuolute seu in ea de sui natura
aut iuris necessitate tractandā seu finiendā nō existant, ceterisq; cō-
trariis nō obstaēt, quibuscūq; statū & merita causā & causarū hmōi,
omniūq; & singulorū p̄missorū & aliorū de necessitate forsan hic ex-
primendorū tenores p̄ sufficienter exp̄ssis & insertis habētes. De mā-
dato dñi nostri papæ audiāt p̄fati reuerēt. Cardinales sancti Mar-
ci & scti Eusebii, Et cōstito sūmarie etiā extra iudicialiter de non tu-
to accessu citent. Inhibeant etiā sub censuris & aliis p̄missis pœnis, &
per edictū referant ut pet. f. Placet. I. Pater sancte quāuis pro par-
te p̄fati oratoris dicta p̄tensa diffinitiuā snia per dictū dñm Geor-
giū electū, assertū, delegatū, ut p̄ferēt lata infra tempus debitum
ad S. V. & sedē p̄dictas appellatū, & de intimando eandē appellati-
onē debita diligentia facta fuisset. Nihilominus dictus Ioan. Reuch-
lin aduersarius p̄tendens licet falsē dictam p̄tensam diffiniti-
uā sententiā in rem iudicatam trāsiuisset, suis sinistris fauoribus tan-
tum procurasse dicitur, ut idem dominus Georgius electus qui ta-
men dictam appellationē a p̄fata diffinitiuā sententiā, interposi-
tam sibi infra terminū iuris, ad petēdum apostolos insinuatam pro-
insinuata se habere dixit, certas p̄tensas literas executoriales, su-
per eadē p̄tensa diffinitiuā sententiā per appellationē ut p̄ferēt
suspensa & expensarū taxationē, per ip̄m facta decreuisse dicēt, licet
nulliter & de facto, quā forsan etiam eidem oratori insinuatā exi-
stunt. Et forsan etiam idem orator ob earundem literarū executori-
aliū nō paritionē quib⁹ parere nō tenebat etiā post itineris ad Ro-
cu. ueniēdi arreptionē, p̄tensas snias & censuras, in eisdē lris execu-
torialib⁹ cōtentas incidisse declarat⁹, aut et reaggruat⁹, reaggruat⁹

& interdictus existat, Ne igit pater sancte in posterū de uiribus p̄in
fertis ac p̄cess⁹ eiusdē p̄infertis, uigore forsan habiti & hūdi, dubita
ri ipsēq; p̄infertā de surreptōis et obreptōis uitio ac alias iualidita
te ipugnari posset, ex eo q̄ i eadē p̄inferta, de dictarū l̄farū executo
rialiū decreto, & exp̄sarum taxatio. ac alias de p̄cessu in negocio
declario. forsan habita mentio facta nō existit. Et graue foret p̄
fatū oratorē oīno nullū stipendiū ex officio inquisitiō. dicta pra
uitatis habentē, & ordinē S. Dominici p̄dicatorū mendicantiū pro
fessum, dictā causam suis propriis sumptibus & exp̄sis, fidei zelo de
fendentē diutius imp̄sis & incōmoditatibus litis fatigari debere, &
fessiones dicti cōcilii quarū pauca in anno in seruant, & in q̄bus ma
iores causae tractari & discuti cōsueuerūt, p̄ resolutiōe dictae causae
quae per theologos & sacrae scripturae maḡos facilliter discuti pos
set cū expensarū & tēporis dispendio. expectare dignes eadē S. V.
ad dicti Iacobi oratoris instantiam qui ut p̄ferē fidei zelo ad hmōi
causae defensionē inductus existit, p̄fatis duobus reuerēdis. dñis Car
dinalibus in facultate & cōmissiō. omēs & singulas causas p̄dictas
audiend. & cognoscend. ac ut subiungit referend. Reuerēdis. dñm
Bernardinū Card. S. Crucis. etiā sacrae theologiae p̄fessorē & mḡm
existentē adiungere, eisq; cōmittere & mādare, ut cōstito eis seu co
rū alteri de appellatiōe a dicta p̄tensa diffinitiuā sententia ut pra
ferē interposita. & ipius insinuatiō. infra terminū iuris ad petendū
apostolos p̄fixum facta in singulis causis p̄dictis ut p̄ferē uigore p̄in
ferta cōmissi. iuxta eiusdē p̄inferta uim formā cōtinentiā & tenorē,
in om̄ibus & per om̄ia, perinde ac si de decreto dictarū literarū exe
cutorialiū & aliis p̄missis in eadē p̄inferta mētio facta fuisset, ad ul
teriora procedāt, illasq; similiter ulterius audiant & cognoscant. Et
postq̄ causae sufficiēter per reuerēdis. dños Cardina. cognita fuerit
i dicto sacro cōcilio iuxta formā p̄inferta fideliter referāt, partib⁹
ipsis iusticiā ministrādo cū potestate citādi & inhibēdi ut p̄ferē, ac
si quid de iure exequendū fuerit exequēdi, necnō eundē oratorē ab
om̄ibus & singulis sentētiis & censuris ecclesiasticis, in & cōtra ip̄m
p̄missorū forsan occasione latis, per se uel per aliū seu alios si & put
iuris fuerit, simpliciter etiā ad cautelā absoluedi, ac facultate singu
los terminos substātiales, ac alios actus iudiciales coram dictis dñis
Cardinalibus cōiunctim, seu altero ip̄sorū seorsum obseruādi & te
nēdi, caeteraq; alia in p̄missis & circa necessaria & oportuna faciēdi

exercēdi, mandādi & decernēdi, p̄missis ac cōstitutiōibus & ordina-
tionibus apostolicis stilo palatii ceterisq; cōtrariis non obstañ. qui
buscūq;. De mādato dñi n̄ri papæ audiāt p̄fati reuerēdis. dñi. Cardi.
adiuncto reuerēdis. dño Card. S. Crucis citent, & cōstito de assertis
pcedāt, & in euentū p̄dictū referāt & exequant, mādent & decernāt
ut petis, absoluāt etiā ad cautelā per se uel per aliū si & put de iure
Placet. I. **BEATISSIME** pater exponit S. V. p parte deuotorū il-
lius oratoris Arnoldi de Tungaris & aliorū uniuersitatis studiū Co-
loniē. in theologia magistrorū, q̄ olim postq̄ deuotissimus uester
& sanctæ Ro. ecclesiæ filius Maximilianus Ro. Imp. electus, deuotæ
creaturæ uestre moderno archiepo Mogūtino principi electori, &
per germaniā ipsius imperii archicācellario mādauerat, quatenus
habito cōsilio magistrorū & doctorū nōnullarū uniuersitatū, studi-
orū generaliu alemania, ac Inq̄sitoris hæreticæ prauitatis, & non
nullorū aliorū priuatorū hoīm, an deo gratū & acceptū foret, & ad
fidei nostræ exaltationē & augmētū cederet, ut a iudæis tolerentur
OMNES LIBRI, q̄bus ultra libros ueteris test. utunt, & in sua
p̄fida fouent, se diligēter informēt. Et p̄fati mḡri vniuersitatis Co-
loniē. iuxta mādātū eis per archiepm factū eorū ordinationē & de
liberationē sup hoc de cōsilio aliorū seniorū, aliaꝝ facultatū dictæ
uniuersitatis ad ip̄m archiepm miserāt, ac diuersarū aliarū uniuers-
sitatū studiorū generaliu illarū partiū, doctores & mḡri sp̄ū sc̄to co-
operāte in hm̄oi ordinationē cōuenerāt. Ac qdā Io. Reuchlin laic⁹
CONSTANTIEN. uel alterius diocef. LL. doctor se in lingua
hebraica expertū esse p̄tēdēs, per eūdē archiepm ad cōsiliū suū sup
hoc dandū, ut dicis, req̄situs, rectāq; uiā ueritatis ingredi nolēs, suā
ordinationē seu cōsiliū oīm aliorū p̄dictorū ordinationibus seu cōsi-
liis cōtrariū in lingua uulgari dare nō expauerat. Ac postq̄ plures fi-
deles christi ad quos hm̄oi cōsiliū puenerat, scādalizati, cōsideran-
tes quod si illud diuulgaret perniciofa exēpla & scādala tam inter
christianos q̄ iudæos in futurū incitarent, cōtra illud obiecerāt, incre-
pādo, arguēdo & rephēdēdo. Ac idē Ioānes ambitioe potius & inani
gloria q̄ ueritatis amore stimulatus, dictū suū cōsiliū uulgarib⁹ pu-
blicauerat, seu publicari & imprimi ac publice uenūdari fecerat et
permiserat, ac q̄ plurimi christiani dicto consilio per eos lecto pluri-
mū scādalizati fuerāt. Iudæis uero ex hoc gloriātibus, asserētibus,

quod eis inter doctores christianos non desissent qui eorum partes tuerentur, licet prefati oratores cum premissa ad eorum noticiam deuenissent, cupientes huiusmodi scandala de medio submouere, inspicientes huiusmodi consilium iudaici fauoris plenum, ac propositiões & articulos male sonantes in se continere, cum prefatum Ioannem fraterno amore per diuersas eorum literas monuissent & rogassent, ut mentem suam super huiusmodi articulis declararet, prohiberetque inquantum posset, tales libros seu articulos uendi & publicari, ac eidem Ioanni postquam ipse receptis earundem magistrorum & professorum literis callide agens ac simulans se errores in dicto libello seu consilio insertos ignorare, ac eisdem magistris & professoribus ut in indice qui huiusmodi errores corrigeret, ad eum mitteret scripserat, & cum indice articulorum erroneorum suis scriptis ad eum misissent, ac singulis articulis erroneis causas, rationes & auctoritates sibi inscriptis assignassent. Et deinde cum idem Ioannes premissis & diuersis aliis monitiõibus per eosdem magistris sibi factis non obstantibus, huiusmodi errores corrigere recusaret, per diuersas ciuitates & dioceses illarum partium ne huiusmodi libri uenderent, & si qui reperirent secundum iuris formam arrestarent inhibitu fuerit, ac prefati magistri & professores huiusmodi scandala in totum eradicare cupientes habitata inter se matura deliberatione prefato Arnoldo quatenus ea que per ipsos magistros in dicta facultate contra consilium & articulos dicti Ioannis allegata fuerat, recolligeret, & in modum libelli redigeret, ac imprimi faceret, commisissent, ac idem Arnoldus libellum contra consilium & articulos dicti Ioannis ediderit, & illud per eosdem magistros approbatum, ac idem imperator illud imprimi mandauerit, tunc idem Ioannes uidens huiusmodi errores suos in uulgus prodire, & dictus Ioannes quo spiritu ductus nescit nisi maligno, certum alium librum iniuriis, spurciis, ignominis, aliisque conuiciis, contumeliis, opprobriis & maledictis plenum, ederet & omnia fere uocabula graeca & latina ad maledicendum apta, in eodem suo libello infereret. Cumque sibi uerba graeca & latina deessent, alia excogitare, quibus honorem & integritatem, nedum Arnoldi & aliorum magistrorum predictorum, sed etiam ipsam facultatem theologiae & fidei catholicam laedere & grauare possit non expauit. Cum autem sanctus pater premissam fidei applicam & uniuersalem ecclesiam illiusque unitatem concernat, & propterea causa merito ut de maioribus causis ad sanctum V. deferenda esset. Nihilominus tunc illa in partibus quo ad probationem necessarias inibi faciendas melius & commodius in prima instantia cognosci & agitari poterit. Supplicat igitur humillime sanctus V. per parte dictorum oratorum, quatenus in

pmiffis oportune puiden. ipfosq; specialibus gratiis psequen. ac cau-
sam & causas pmifforū occasiōe p parte dicti Ioānis qbusuis iudici-
bus in Ro. cu. uel extra eā, forsan contra oratores uel eorū aliquos,
seu quoscūq; alios, cōmissas, attēto quod oratoribus de hoc nō con-
stat ad S. V. aduocañ. aliquibus p bis uiris in ptibus illis cōmoranti-
bus, sub excōicationē. lataē sentētiā & triū milliū flo. auri de camera
camerae aplice persoluen nisi cōmissionē hmōi adimpleuerint, seu
distulerint, uel recusauerint adimplere, absq; alia declarationē. solue-
dorū pōenis, cōmittere & mādare dignemini, ut oēs & singulas quas
ipsi oratores & eorū quilibet cōtra dictū Io. Reuchlin, omēs q; alios
& singulos alias dicto Io. adhaesuros, & adhereñ. & eorū cōplices, ac
quoscūq; alios sua cōiter uel diuisim interesse putāñ. tā cōiunctim q̄
diuisim mouere intēdūt cās, cū oibus & singulis suis incideñ. emer-
gen. annexis & cōnexis etiā sūmarie simplr & de plano sine strepi-
tu & figura iudicii sola facti ueritate inspecta, aud āt, cognoscant &
appellatiōe remota decidāt & terminēt, cū prāte citādi, & per edictū
publicū cōstito sūmarie de nō tuto accessu, ac inhibēdi, & q̄cūq; mā-
data monitiō. & inhibitiō. necessaria et oportuna cōtra ipos citā-
dos et inhibēdos, sub excōicationis lataē sniā, et aliis ecclesiasticis ac
etiā pecuniariis pōenis, ne cō priuatiō. bñficioꝝ suoz & alioꝝ bo-
norū, tā cōtra ecclesiasticos q̄ seculares psonas cuiuscūq; dignitatis,
status, gradus, ordinis & cōditionē. etiā si ep̄ali, archiep̄ali, aut alia ec-
clesiastica uel mūdāna praesulgeant dignitate decerneñ. & exequen.
aliaq; in pmiffis & circa ea necessari seu quōlibet oportuna facien-
di de gratia speciali, nō obstañ. pmiff. ac fe. re. Boni. papae viii. S. V. p̄-
decessoris de una, & cōcilio gñali edita de duab⁹ dietis, dūmō nō ul-
tra qnq; quibusuis aliis cōstitutiōibus & ordinationibus aplice et
statutis et cōsuetudinib⁹, nec nō priuilegiis indultis lris aplice tā de
iure cōi q̄ alias etiā qbusuis ciuitatib⁹, uniuersitatibus, collegiis, et
cōgregatiō. ac psonis etiā cā studiorū a qbusuis Ro. pōtificib⁹ ac
impatorib⁹, sub qbusuis uerborū in genere uel in specie cōcessis, q̄-
bus om̄ibus latissime extendeñ derogare placeat, ceterisq; contra-
riis quibuscūq; statum causae et causarū, ac monitiō. literarū et
consiliorū, articulorū et libellorū aliorūq; praemissorum tenores,
ac omnia et singula hie forsan de necessitate exprimēda praesenti-
bus p̄ expressis habentes. Concessum ut petif. in p̄ntia dñi nostri
papae L. Car. Agennen. et per breue S. S. hac supplicatiō. introclusū

attenta materia fidei Catholicae, Concessu. L. Agennen. Datum Romae apud sanctu Petru. xii. kalendas Martii Anno primo.

Pater sancte praefati S. V. oratores eo tempore quo inserta supplicatione S. V. porrigi fecerunt, credebant se in partibus consequi posse contra eundem Io. Reuchlin in causa & causis praenarratis iusticiae complementu. Vex nunc experientia edocete non credunt se ab aliquibus personis in partibus infra quinque dietas, a fine dioecesis in qua dictus Ioannes habitat, commorantibus posse consequi propter multiplices & inordinatos fauores quos idem Ioannes procurat, ut etiam credit, id perfidorum Iudaeorum pecunia, iusticiae complementu. Nam cum anno nodum elapso, pro parte inquisitoris haereticae prauitatis contra eundem Ioannem inde & super causa & causis ex quibus causa quae nunc a S. V. committi petunt, pullularunt, legitimum fuisse institutum processum, & eo usque in causa processum, quod nihil aliud quam sententiam contra eundem ferre restaret, tamen suis inordinatis fauoribus effecit, quod a iudicibus ipsis quibus eadem causa a reuerentissimo Archiepiscopo Moguntino commissae fuerant sublata fuit per ipsum committente ab ipsis commissariis, ad hoc per eundem deputatis, praenunciandi & contra eundem sententiandi facultas. Simili quoque modo & de hoc praenunciato anno reuerentissimo P. D. electo & confirmato Spirensi in fauore eiusdem Ioannis & contra inquisitorem haereticae prauitatis, in causa fidei catholicae & illius zelum & defensionem concernentem, praecipitavit procedendo parte inquisitoris minime uti debuit audita. Causarumque meritis non discussis, dicto Ioanni nimium ut creditur fauendo, dissimulata in quibusdam & iniusta, prout & id suo tempore proculdubio constabit, promulgauit sententiam, scandalosam quidem, & exemplo quo ad sinceritatem fidei christianae perniciosissimam, quae libellum seu libellos a dicto Ioanne publice editos, errores plures, & perniciose dogmata, & a sinceritate fidei christianae aliena in se continere, uti sanos & probatae lectionis approbauit ut dicitur & confirmauit, ut igitur causa ipsa quae nunc committi petunt celeriter iniusticia terminetur quod quidem fieri nequit nisi in Roma, ubi fons iusticiae sine perfonarum acceptioe existit, causa & causae homini decident. Idcirco recurrunt iidem oratores ad pedes S. V. humiliter supplicando quatenus eadem S. V. digne causam & causas homini, etiam quarumcumque iniuriarum aut quibusuis iudicibus in partibus commissis ad se aduocant, alicui ex reuerentissimo P. D. uestri sacri palatii apostolici causarum auditoribus aut illorum locum tenentibus, etiam summarie simpliciter & de plano, sine stre-

tu & figura iudicii facti ueritate inspecta p̄terq̄ in causa iniuriarum,
audiē. decideñ. cognosceñ. sineq; debito terminandū, una cū om̄i-
bus & singulis suis emergeñ. incideñ. dependeñ. annexis & cōnexis,
attētis p̄missis, & quod causa & causā hm̄oi ex zelo & defensione fi-
dei catholica emanarūt, & ortū habuerunt & habent, & quod causa
principalis ex qua & causā hm̄oi occasione traxerunt sit fidei, & in
Ro. cu. ad instantiā Inquisitoris hæreticæ prauitatis, cōtra eūdē 10/
annē cōmissa, ex cuius deductiōe & decisiōe, etiā clare cōstabit quā
grauiter & atrociter idē Ioannes dictis oratoribus fuerit & sit iniu-
riatus, cū ptate in Ro. cu. & extra eā in partibus, tam ipsum Ioannē
& cōplices illius & adhereñ. ac in p̄missis quolibet culpabiles & ali-
os quoscūq; in executiōe, citatiōe, hm̄oi nominand. etiā per edictū
publicū, cōstito de nō tuto accessu citadi & inhibēdi quibus & quo-
riens inhibendū fuerit, aliq; faciēdi & exercēdi, quæ in p̄missis &
circa ea necessaria fuerint, seu quolibet oportuna, p̄missis & cōstitu-
tionibus & ordinatiōibus ap̄licis, & aliis in sine p̄insertæ cōmission.
exp̄ssis stilo palatii & cancellariæ regulis, qd̄q; causa & causā hm̄oi
nō sint forsan ad Ro. cu. legitime deuolutæ, neq; in ea de sui natura
aut iuris necessitate tractadæ & finiēdæ, caterisq; in cōtrariū facien-
non obstātibus quibuscūq; statū & merita causæ & causarū hm̄oi, ac
omniū & singulorū forsan hic latius exprimendorū tenores p̄suffi-
ciēter exp̄ssis habētes. Placet domino n̄ro papæ L. Cardi. Ageneñ.
BEATISSIME pater, cū olim supradictus Io. Reuchlin LL. do-
ctor græcæ, latīæ, hebraicæ & politio: is germanicæ literaturæ peri-
tus ad requisitiōe inuictissimi S. V. deuotissimi filii Maximiliani
imperatoris electi, hebræorū libros passim igni nō cremādos iustissi-
me & catholice consuluisset. Et quidā illiteratus baptizatus iudæus
cōtra rectissimā ipsius Io. Reuchlin cōsultatiōe in ipsius Io. docto-
ris ignominia, iniuriā, & infamiā nō sine quorundā Colonien. asser-
torū, theologorū, ut p̄sumit instigatione, librū quēdā Manuale spe-
culū nūcupatū & intitulatū ignominiose ad ip̄ius pudorē lædendū,
ac famā & bonā opinionē laceradā edidisset, diuulgasset ac uanum
p̄buisset. Idē Io. Reuchlin iccirco necessitate coactus ad defensionē
honoris & famæ suæ, etiā librū sui cōtra hm̄oi Manuale speculū, ex-
cusatoriū sub noīe Ocularis speculi ad innocētiā suam ostendendā
om̄ibus uiris aliqua eruditiōe insignibus acceptum publicasset. Ac

theologi Colonienſi. in cōmiſſ. p̄dictis nominati, quorū tūc q̄dā F. Iacobus Hochſtraten p̄ ſacræ theologiæ & ordinis p̄dicatorū p̄ſſo re ſe gerēs decan⁹ extiterat, una cū Arnol̄do Tungaro eorū ad hoc mādatoꝛio, nō ſine inuidia, ut p̄ſumit, celeberrimā eruditiōis ac doctrinæ ipſius Ioānis famā, & p̄dictā eius innocētiæ declarationē obliterare, maculare, extinguere, ipſiuſq; Io. Reuchlin legitime excuſationis librū ſtatūq; & cōditionē per librū eorūdē diffamatoriu, ineptū & ſophiſticū denigrare p̄ſumpſiſſent, put p̄ſuperunt. Et iccirco ipſe Io. iterū neceſſitate ſuadēte cōtra calūnias iſtorū ex imperitiā linguæ politoris germanicæ, & alias iniuriādi libidine, contra ipm̄ in ſargentiū, librū apologeticū & deſenſiuū, in quo inter alia iuſtis de cauſis puocatus eorūdē ignorantia errorē & inſcitiā oñderet p̄ ut legibus p̄miſſum erat conſcripſiſſet & edidiſſet, ac demū publice in iudicio p̄duxiffet. Idē aduerſarii ſupradicti in ſupradictis cōmiſſionibus nominati, ignorantia tenebris cæcutiētes, quibus ſcribendi ſup p̄miſſis cōtra eūdē uia elegerint, ac ipm̄ ad rōndendū illis puocauerint, poſt deſenſiones ſuas clariffimas palæſtræ ſecū ſcriptis certādiuiles ſeſe ut p̄ſumit cōſpiciētes & inermes, literatoria pugna æquom̄ uſte ſuffugiētes bellare, poſtea q; ſua plurifaria doctrina m̄ſtarūq; linguarū cognitiōe p̄teriti ſcribēdi uiciſſitudinario officio terga dediſſent, & nō haberēt quo ipſum ultra ſcriptis læderēt, falſiffimis q̄buſdā peruerſiffimiq; ſuggeſtionibus & cautelis iuxta aliqualem narratoꝛū aduerſarioꝛū p̄dictoꝛū partem a nōnullis impetrarūt, ut cauſa indicta libri ſui ſupprimi, igniq; tradi, & eorū libri in p̄patoꝛio ſine ulla rephēſiōe in manibus omniū in ipſius iniuriā & contumeliā uerſari deberēt, ut ſic dicto oratoꝛi ignominia p̄petua inurerēt, & ſuoꝛ ſcriptoꝛ calūnioſoꝛ deſenſionē p̄riperēt. Et p̄pterea falſo cōfinxere libellū Oculare ſpeculū nūcupatū, & p̄ ipſius oratoꝛis iuſtiſſima & ſūno pere cōtra iudæi baptizati ſcripturas famoſas neceſſaria deſenſiōe editū, chriſtiſidelibusq; utilē, & minime pernicioſum, nec iudicæ p̄ſidia fauorabilē, aut ſimplieiuſ fidelium ſcandalizatiuū, & nedū ut calūnia hm̄oi ipſum Io. reū facerēt, ſed ultro ſine cauſa, nulla iniuria puocati, ut apparet ſeſe ulciſcerent, medio ipſius Iacobi, primū partis, & deinde inquiſitoꝛis, ut ſic ſuā inſcitiā & ignorantia extra limina recti iudicii uindicarent, ſub colore inquiſitionis oratoꝛē ipſum excogitarūt inquietare, moleſtare, perturbare, expēſis & laboribus fatigare, & quali nequicias hm̄oi facerēt autoritate

proborū, se munitos quatuor diuersarū uniuersitatū theologicā fa-
cultatis iudiciis & cōsiliis asseruerūt; & tñ ut indubiū est & nemo ni-
si desipiat credere possit, cōtra fundata iura ipsius oratoris nunq̄ a-
ueris philosophis & theologis ulla cōsilia & iudicia nisi p̄hos & the-
logos illos exq̄sitis modis fefellerit, & oratoris scripta p̄ libito pro-
pria uolūtatis falso illis interpretati fuerint, & libellos oratoris dece-
pserint, mutilauerint, & detrūcauerint, habuisse & habere, p̄missisq̄
iniuriis nōdū satiati ad deteriora prolabētes, ut tādē in uulgo ut p̄-
sumis qualis scientiā ipsoꝝ famā populārē aucuparent, & inscitiam
suā & errorē ut apparet sub scuto iudiciorum publicorū palliārēt di-
ctum Ioannē uirū innocentē et probū uariis exquisitis modis ipsius
Iacobi p̄cessu, partis & iudicis uices fungētis, laeserūt & grauauerūt. Et
p̄pterea pro parte Ioānis p̄fati legitime appellato, & super appella-
tionē istis ap̄p̄icis in forma breuis obtentis & demū fm̄ q̄ in p̄inserta
ipsius cōmissiōnē n̄rrat sentētia rite lata & nulla appellatione legi-
tima suspēsa executioni debitā demandata, iudē aduersarii coniu-
ctim & diuisim supra scriptas exorbitātes cōmissiōnes ad diuersos &
uarios iudices, ut orator sumptibus & laboribus fatigaret, & conti-
nēn. causarū diuiderent surrepticie & obrepticie ex falsis narratis
extorserūt. Et ne causa celeri⁹ experiret nō sine grauissima calūnia
ad diuersos reuerendis. dños Card n̄ les quos difficile est cōuenire
& p̄pterea alia ardua eis incumbētia negocia liti finē imponere, sub
magnis frustrationibus & dilatiōibus ad referēdū sacro Lateranēn.
cōcilio, subdola narratione q̄ causa hmōi synceritatē fidei christia-
næ ac catholicā sanctā eccliam cōcernat impetrarūt. Cū itaq̄ pater
sancte in dictis libris Ioānis oratoris solū factum mores & ius positi-
uum tangunt, & nulla sint cōphensa catholicā fidē p̄t aduersarii
dolosa suggestionē S. V. exposuerūt concernentia, uel hærēsim uel
blasphemiā sapiētia, hmōiq̄ p̄dicta & in cōmissiōnibus aduersario-
rum deducta ad impediēdū legitimā sentētiā lata executionē per-
perā excogitant, prout ex actis causarū hmōi cōstat euidenter. Et pro-
pterea S. V. ac sedis apostolicæ filius Maximilian⁹ Ro. Imp. E. ac de
uota creatura uestra Mattheus S. angeli diacon⁹ Cardinalis et alii
principes, p̄lati, ciuitates, et cōia partiū illarū. Quibus innocētia
dicti Ioānis est nota quos p̄pter tā ingētem numerū et excelssima
dignitatū colūna, et exploratā ueritatis indicia nō uerisimile, neq̄

ambigendū, p̄ dicto oratore intercedere uoluisse, nisi morū ipsius integritas, uitæq; sanctitas quibus perpetuā uitæ lineā sine qua uis la becula duxit, illis ad unguē perspecta fuisset, p̄ celeri causæ huius ex peditiōe S. V. supplicarūt & eius innocentia approbarūt & attestati fuerūt, put S. V. ex l̄is ipsorū principū seculariū & ecclesiasticorū & aliorū p̄latorū & ciuitatū cōmuniūq; indubie habet exploratum. Dignē igit̄ S. V. om̄es & singulas cōmissæ p̄ximæ p̄infertas & p̄ di ctis partibus aduersis impetratas, ad formā iuris cōmunis reducere, ac cū oportuna aduocatione causæ & causarū p̄dictarum quatenus instructæ nō fuerint in dictis cōmiss. p̄ partibus hmōi hinc inde im petratis exp̄sse & exp̄sarū, duobus & nō pluribus S. R. O. eccl̄iæ Car. ne partes litigātes cū dispēdio ad plures iudices discurrere habeāt, neue lites quodamō fiāt immortales, ut ad executionē p̄infertarū cōmiss. iuxta earū formā & cōtinentiā p̄cedāt, ac om̄es & singulas cau sas p̄dictas in cōmiss. p̄dictis cōtētas insolidū audiāt, cognoscāt, de cidāt, & sine debito terminēt. Et si sniam pro parte dicti oratoris la tā in rem iudicatā trāsiuisse, & legitime executioni demandatā esse cōstiterit, ipsam executioni debite & totaliter per excōicatiōis sen tentiā & aliis p̄enas & snias ac censuras ecclesiasticas in l̄is executo rialibus cōtētas demandēt, ac nō parētes & rebelles quoscūq; tam cōiunctim q̄ diuisim excōicatiōis sniam & alias p̄enas ac cēsuras ecclesiasticas in l̄is executorialibus contentas incidisse & incurrisse declarēt et aggrauēt, reaggrauēt interdicāt, auxiliū brachii secula ris inuocēt, ceteraq; in p̄missis et circa ea necessaria et oportuna fa ciāt et exequant. Vbi uero de re iudicata nō cōstiterit, et opus sit, cō stitito causam et causas p̄dictas ex actis causæ hmōi habitis facti mo rū et iuris positiui dūtaxat ut p̄ferē existere, p̄paratoriis iudiciorū reiectis patefacta ueritate ex actis autēticis instātiarū in hmōi cau sa habitatū, cām et causas hmōi summarie simp̄r et de plano sine strepitu et figura iudicii audiāt, cognoscāt, decidāt, et quod iustum fuerit appellatiōem, remota decernāt, cū prāte citādi et inhibēdi, ce teraq; faciēdi et fieri mādādi q̄ i p̄missis et circa ea necessaria fuerit seu quolibet oportuna cōmittere et mādare dignemini de grā spe ciali p̄missis ac cōstitutionibus et ordinatōibus ap̄licis quodq; cau sa seu causæ hmōi nō sint forsan ad R. O. cu. legitime deuolutæ neq; in ea de sui natura aut iuris necessitate tractādæ et finiēdæ ceterisq; cōtrariis nō obstaū. quibuscūq; habētes statū et merita litis et cau

sa hmōi & aliorū hic forsan exprimendorū tenores profufficiēter
expōsis. Attēto pater sancte q̄ dictus Ioānes orator uitā sincerā, in-
cōcussam, & sanctū orthodoxā fidei christianā splēdorē & puritatē
ut fidelis catholicus & integer christianus semper p̄fessus fuerit &
p̄fiteat, ut liber eiusdē utilissimus de uerbo Mirifico fidelissime edi-
tus, cū aliis eiusdem operibus, & fama bona integraq; & multifaria
eiusdē eruditio manifeste ostendunt. Nullaq; unq; fauorē hareticæ
seu iudaicæ prauitatis sapiētia cōscripserit, quod aduersarii falso cō-
finxere in p̄insertis minime uerent. In fine uero dictæ ultimæ com-
missionis siue supplicatiōis schedulæ scripta erāt de alterius manū
litera superiori literæ ipsius ultimæ cōmissiōis schedulæ penitus &
oīno diuersa hæc uerba uidelicet. De mādato dñi n̄ri papæ audiant
reuerēdis. dñi Card. Grimanus & S. Eusebii oēs causas p̄dictas, qua-
tenus causæ nō sint instructæ, citēt & in euētū p̄dictū exequant, alio
quin p̄cedāt sūmarie ut petiē declarēt, aggrauēt &c. etiā cū inuoca-
tione, si & prout de iure, p̄missis nō obstaūt. In extremitate ipsius ul-
timæ cōmissiōis siue supplicatiōis papyri schedulæ etiā scripta erāt
de alterius manus l̄sa superioribus literis s̄s̄r penitus & oīno diuer-
sa hæc uerba uidelicet. Placet, & cōmittant̄ oīnia Grimano & S. Eu-
sebii Cardinalibus. I. Cuius quidē cōmissiōis & certarū aliarū p̄inser-
tarū uigore in cā inquisitiōis & diffamatiōis libelli Ocularis speculi
intitulati, & causis hmōi p̄ nos & corā nobis inter partes in eisdē cō-
missiōibus cōrētas, seu uerius earundē p̄curatores ad omniū fere ter-
minorū substantialiū & aliorū actū iudicialiū obseruationē, citra
tñ causæ cōclusionē rite & legitime p̄cesso, subsequēter nos ad pro-
uidi uiri M. Ioannis van der wick in R. o. cu. causarum & egregii &
circūspecti uiri dñi Io. Reuchlin LL. doctoris principalis in p̄inser-
tis cōmissiōibus principaliter nominati p̄curatoris instantiā, tā in
causa inquisitiōis. & diffamatiōis libelli Ocularis speculi intitulati,
quā etiā Colonieñ. iniuriarū, q̄ nobis etiā & dicto reuerēdis. Card.
S. Eusebii cōcōmissario n̄ro iā pridē per auocationē eiusdē cōmissa
extitit p̄uidū uirū maḡm Ioannē Kœtenbruer in eadē R. o. cu. etiā
causarū & uenerabilis & religiosi F. Iacobi Hochstraten & Arnoldi
de Tungaris aliorūq; mḡro ū in theologia uniuersitatis Colonieñ.
ex aduerso principalū p̄curatorē put de ipsorū hincinde p̄curato-
rū procuratiōis. mādatis nobis legitima extitit facta fides, ad uiden-

dū & audiendū in hmōi causa & causis more solito sub excōicatiōis
aliisq; sentētiis cēsuris & pōenis ecclesiasticis etiā pecuniariis inhiberi
lrasq; inhibitorias desuper necessarias & oportunas extra Ro. cuet
ad partes in forma solita & cōsuetā decerni & cōcedi, uel dicend. &
cām si qui habeat rōnabile quare inhiberi nō debeat allegand. per
unū ex dictis cursoribus citari mādauius & fecim⁹ ad horā audie
riæ causarū more cōmissariorū cōsuetō. Quibus adueniē. cōparuit
in iudicio legitime corā nobis mgī Ioānes van der wyck pcurator
p̄dict⁹ noīe q̄ supra pcuratorio, & primo exposuit nobis & allegauit
q̄ licet reuerēd. p̄ ac illustis princeps ep̄s Spirens. comes palatinus
rheni & Bauariæ dux iudex & delegat⁹ applic⁹ libellū Oculare specu
lū autoritate ap̄lica sibi cōmissa sua diffinitua sn̄ia, rite cā cognita
de cōsilio tā utriusq; iuris doctōrū q̄ theologiæ magist̄rū approbat̄
lectiōis declarauerit, ac p̄ Ia. de Hochstraten p̄fessorē ordinis p̄dica
torū & assertū inq̄sitorē. Ipsiusq; dñi Io. & libri sui insidiatorē ac ad
harenē. eiusdē temerarie & iniuste diffamatū pari sn̄ia pn̄ciauerit.
et p̄pterea eidē aduersario & ei⁹ litis cōsortibus & aliis ip̄ius dñi Io.
detractoribus in cōmissiōn supra dicta partim nominatis cū corūdē
adharenē. p̄dicatoribus ceterisq; theologis post appellatiōn. ad sedē
ap̄licā interpositā causaq; cōmissiōnē ut p̄mittit̄ pro parte dñi Io.
factā, contra leges, canones, ius diuinū, & bonos mores, librū ipsum
hmōi in directis & obliq; uis detractorie cōtra euāgelicā doctrinā
quā p̄fitent̄ diffamare & ad sororinas & fratrinas theologiæ asser
tæ facultates aduersus iudiciales sn̄ias & iudiciorū rigore recurrere,
& falsas & emētitas detractorias & diffamatorias sn̄ias reportare,
ac cōtra edictū, ne lite pendeñ. iuris p̄hibitionē & iudicis mādatū, di
ctū dñm Io. Reuchlin, eiusq; librū ac p̄dicti principis iudicis ap̄lici
sn̄iam, de ambonibus ecclesiārup̄ famosas schedulas, etiā p̄textu mā
datorū surrepticie & obrepticie obtētorū, uituperare & diffamādo,
dicēdo, determinādo, scribēdo, dictādo, p̄dicādo, aliisq; sinistris ueti
tis obliq; uis detrahēdo, attētare & innouare, ac fere crimina læsa
muestatis libelliq; famosi, & uis publicæ ac priuatæ p̄ p̄missa impu
ne cōmittere nō licuerit neq; liceat, ip̄oq; iure tā diuino q̄ humano
ac prioribus iudicialibus processibus et mādatis hmōi facere et cō
mittere, fuerint et sint prohibita et interdista. Nihilominus tamē
ut dicta quærela subiunxit p̄dictus Iacobus eiusq; adharenē. et
litis consortes nos iudiciumq; et iurisdictionem nostram ac legem

diuinā & humanā in pmissis cōtemnātes, ac sedē apostolicā & Ro-
manū imperatorē scholæ parisiensiu nōnulloy theologoy, q̄tū in
eis est submittētes & eorundē assertorū theologorū sentimētū sniæ
diffinitiuæ rite autoritate sedis apostolicæ lata cōtradictorie seu
cōtrarie in sedis apostolicæ cōtemptū opponētes, librū supradictū
eiusq; authorē diffamādo ac recursus supradictos faciēdo, ac contra
librū ip̄m p̄dictū & ei⁹ authorē p̄dicādo scribendo dictando deter-
minādo scripta determinata & dicta imprimi faciēdo, aliq; uaria
& diuersa exercendo attentarūt & innouarūt, ac attentare & inno-
uare p̄sumūt in cōtemptū sedis apostolicæ eiusq; autoritatis uili-
pendiū ac legū diuinarū & humanay ac iurisdictionis nostræ cōtem-
ptū. Quibus sic allegatis & corā nobis expositis dicti mḡri Ioannis
kœttenbruer ex aduerso p̄curatoris nō cōparentis cōtumaciā accu-
savit, ip̄mq; cōtumacē reputari, & in eius cōtumaciā in causa & cau-
sis hmōi more solito inhiberi lrasq; inhibitorias desuper necessari-
as & opportunas sub ex cōis aliisq; sententiis censuris & p̄cenis eccle-
siasticis etiā pecuniariis iuxta & secundū dictarū p̄insertarū cōmis-
sionē, uim formā cōtinētiā & tenorē in forma solita & cōsuetā decer-
ni & cōcedi per nos instanter postulauit. Nos tunc Dominic⁹ ep̄us
portuen. Cardi. s. Marci iudex & cōmissari⁹ p̄fatiq; reueren. Cardi. s.
Eusebii eiusdē causæ etiā iudicis & cōmissarii subdelegat⁹ p̄fatus di-
ctū mḡm Ioan. kœttenbruer ex aduerso p̄curatorē nō cōparentē
reputauim⁹ merito p̄t erat iusticia exigente contumacē & in eius
cōtumaciā attenden. post ululationē hmōi fore iustā & rōni cōsonā
quodq; in causa & causis hmōi sic coram nobis indecisus pendē. ni-
hil sit in partib⁹ per quēcunq; attentandū seu innouandū, uolētesq;
inter partes p̄dictas æqualitatē seruare ac ip̄is dante dño iusticiam
ministrare ut tenemur. Iccirco autoritate apostolica nobis & præ-
fato reuerendis. Cardi. s. Eusebii cōcōmissario nostro concōmissa &
qua fungimur in hac parte uos om̄es et singulos supradictos & ue-
strū quēlibet insolidū tenore præsentiu requirim⁹ & monem⁹ prio
secundo tertio & peremptorie uobisq; nihilomin⁹ & uestrum cui-
bet in uirtute sanctæ obediētiae & sub excōis p̄cena quā in uos & ue-
strū quēlibet, si ea que uobis in hac parte cōmittimus et mandam⁹
neglexeritis seu distuleritis cōtumaciter adimplere, canonica moni-
tiōe p̄missa ferimus in his scriptis districtē precipien. mandam⁹ qua

tenuis infra sex dies spacium post presentationem seu notificationem presentiam vobis seu alteri vestrum factas. Et postquam pro parte egregii viri dñi Ioan. Reuchlin LL. docto. principalis prefati vigore presentium fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus immediate sequenti. quorum sex dies, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino ac monitione Canonica assignamus. Ita tamen quod in his exequendis unus vestrum alium non expectet, nec unus pro alio seu per alium se excuset accedens. propterea quo fuerit accedendum reuerendissimus in Christo patri et domino domino dei & apostolicae sedis gratia archiepiscopo Colonien. sub interdicto ingressus ecclesiae eiusque in spiritualibus & temporalibus vicario seu officiali generali ceterisque officialibus iudicibus commissariis, delegatis, subdelegatis, ordinariis extra ordinariis, quibuscunque quacumque autoritate fungentibus. Et praesertim Arnoldo tungaro et ceteris theologis, Theologiae facultatibus, inquisitoribus et universitatibus omnibusque aliis & singulis quorum interest intererit aut interesse poterit quolibet in futurum quibuscunque nominibus censetur, & quacumque profulgeant dignitate, de quibus pro parte dicti dñi Ioan. Reuchlin principalis fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus sub excois, suspensione & interdicti aliisque ecclesiasticis finis & censuris, et trium millium Ducatorum auri de camera domini & iusti ponderis, pro una ipsi camerae apostolicae & pro alia medietatibus parti applicandorum poenis quas ferimus in his scriptis quasque quolibet homini nostrae inhibitioni contrauenientem, incurrere uolumus ipso facto inhibeat, quibus nos etiam una cum prefato reuerendissimo Cardinalis Eusebii tenore praesentium sub similibus poenis inhibemus ne ipsi uel eorum alter in causa & causis homini per se uel alium seu alios publice uel occulte directe uel indirecte quouis quaesito colore uel ingenio in uilipendium litis pendens, & iurisdictionis nostrae immo uerum apostolicae, aut in dicti dñi Io. Reuchlin principalis iurisque sui praedicti et grauamente et causa homini sic coram nobis indecisus pendens, quicquam attentare seu innouare, praesumat seu presumat. Quod si secus factum fuerit id totum reuocare et ad statum pristinum reducere et ad dictarum excois et aliarum finiarum et poenarum declarationem, earumque aggrauationem, reaggrauationem, interdicti ecclesiastici appositionem, ac auxilii brachii secularis inuocationem, procedere curabimus iusticia media. prefato uero domino archiepiscopo Colonien. duntaxat excepto, cui ob reuerentiam suae pontificalis dignitatis deferimus in hac parte si contra praesentia uel eorum aliquid fecerit pro se uel submissas personas dicta sex dierum canonica monitionem, praesentia ingressum ecclesiae iter

dicimus in his scriptis. Si uero hmōi interdictū per alios sex dies im-
mediate sequē. sustinerit ip̄m in scriptis simili monitōe canonica
p̄missa suspendim⁹ a diuinis, uerū si p̄fati interdicti & suspēsiō. snias
per alios sex dies dictos. xii. dies immediate sequē. anio quod absit
sustinerit indurato, ip̄m in eisdē scriptis simili monitōe. canoni-
ca prauia ex tūc excōis snia innodamus, Diē uero seu dies inhibitō
nis seu inhibitionū uestraz hmōi atq; formā & quicqd in p̄missis fe-
ceritis, seu alter uestrū duxerit facieñ. nobis per uestras lras patētes
aut instrumētū publicū haz seriem seu designationē in se cōtinen-
tes siue cōtinēs, remissis p̄ntibus q̄to citi⁹ poteritis fideliter intima-
re curetis, Absolutionē uero omniū & singuloꝝ qui p̄fatā nostrā ex
cōis sententiā incurerint siue incurerit quoquo mō nobis uel supe-
riori nro tm̄modo referuam⁹. In quorū omniū & singuloꝝ fidem &
testimoniū p̄missorū p̄ntes lras siue p̄sēns publicū instrumētum
hmōi nram inhibitionē cōtinentes siue cōtinens exinde fieri, & per
notariū publicū nostrūq; & hmōi causā corā nobis scribā infra scri-
ptū subscribi & publicari mandauim⁹. Sigilliꝝ nostri iussim⁹ & feci-
mus appensiō, cōmuniri, Datū & actū Romae apud s. Marcū in aedi-
bus nostrae solitae residētia sub anno a Natiuitate dñi. M. D. xv. indi-
cti one tertia, die uero ueneris decima nona mensis Ianuarii pontifi-
catus Sanctif. in christo patris & dñi nostri dñi Leonis diuina puidē-
tia papae decimi anno. ii. p̄sēntibus ibidē uenerabilibus uiris dñis
Demetrio Calc. Archidiacono ecclesiae Aquileieñ. & Ambrosio de
popaitis Clerico Concordieñ. camerariis nris testibus ad p̄missa
uocatis specialiter & rogatis.

Et ego Iacobus Sketa Trebanus clericus Aquileieñ. diocef. pub.
impe. autoritate notari⁹ p̄libatiq; reuerendis. dñi epi Cardi. patri-
archae Iudicis & cōmissarii apostolici Tabellio notari⁹, & hmōi cau-
sae corā eo scriba, quia dictae ultimae cōmissiōis dependē. p̄ntation.
reception. allegation. inhibition:q; decreto sub p̄cenis & cēsuris om̄i-
busq; aliis & singulis dū sic ut p̄ferē agerēt & fierēt una cū p̄nomina-
tis testib⁹ interfui, ea sic fieri dici uidi & audiui & in notā publicā
sumpsi, & exinde hoc pub. instrumētū cōfeci, aliis uero negociis im-
pedit⁹ per aliū in hac publicā formā scribi feci uidelicet substitutū
meū notariū, me aliis reb⁹ & negociis impedito. Ideo me subscripsi
in fidē robor & testimoniū p̄missorū cū appensiōe rotundi Sigilli p̄

fati reueren^{ti} domini epi Cardinalis patriarchæ & cōmissarii aposto-
lici de eius mandato, solita mea attestatiōe rogat⁹ & requisitus, Hac
non obstante inhibitione interea multi famosi libelli aduersus Io-
annē Reuchlin lite pendente p̄fecto ut patet modeste quiescentē &
oīnia molesta sine repercussioe tolerantē a Iacobitis inordinati sūt
quibus tñ libellis nullā fidem adhibent probi uiri. Scientes illos au-
thore iudæo quodā tincto editos esse, qui crucifer ante aliquot an-
nos a duabus crucibus patibularibus data pecunia ut publica fama
fert & notoriū extat liberat⁹ est. Causa igit⁹ hac primū reuerendissi-
mo sancti Marci Cardinali cōmissa, pro ulteriori p̄cessu oblata fu-
it partibus citatio .xiii. die mensis Ianuarii Anno. M.D.xiii. ad cō-
cordandū de interprete libri Ocularis speculi super quo uertit⁹ quæ-
stio, & uidendū illū sibi tradi & de fideliter interpretādo iurare. Nā
pro maiori parte liber ille in lingua germanica editus fuit. Tūc autē
electi sūt duo interptes alter p̄ fratre Iacobo & alter p̄ Ioan. Reuch-
lin quib⁹ statuto die ac termino cōparentibus, reuisiq⁹ hincinde in-
terpretatiōib⁹, opposuit F. Iacob⁹ q⁹ interpres Reuchlinus in octo
locis male transtulerit, præfati autē Ioannes Reuchlin interpres, no-
mine Martin⁹ Groningus Bremēsis iuris utriusq⁹ Doctor in cōtinēti
defēdebat interpretatiōē suā, referēs negociū ad arbitros altæ ale-
manniæ, in qua lingua liber ille script⁹ erat, & euestigio ex aduerso
opponēbat ipse trecentos fere locos quos inq⁹ sitoris interpres male
uerterat, qui adhuc oīdi poterūt tam magni q̄ parui, Multis itaq⁹ ac
uariis hincinde super eo dictis & replicatis, tandē interpretatio Do-
ctoris Reuchlin fuit per iudicē admissa & inq⁹ sitoris reiecta, Postea
uero ad p̄cedentē p̄cessū uentū est, ex quo quidē p̄cessu cognoscitur
q̄nto conatu & q̄ multo tempore laborarūt F. Iacob⁹ & adharētes
cām auocare a datis iudicibus & reicere ad kalendas græcas ut aiūt
aut ut sacro Cōcilio interminabili & infinito cōmitterē, autq⁹ Car-
dinalis sanctæ crucis & alii Iacobitay amici adiūgerent. Cūq⁹ reuc-
rendissimi Iudices materiā istā quibusdā sacre theologiæ doctori-
bus tradidissent uisitandā mox cōquesti sūt Iacobitay scitissimo cō-
nō papæ q⁹ tāta causa uniuersalis ecclesiæ & qdē causa fidei cōmit-
terē paucis hoīb⁹, supplicātes quaten⁹ adhiberent multi alii. Ex ad-
uerso autē p̄ parte Docto. Reuchlin dicebat q⁹ hæc lis & ista cōtentō
nō eēt causa fidei sed causa iniuriæ. Et cōsisteret solū in facto & in iu-

re humano, quare pcedi deberet secundū iura & cōstitutiōes, put in p
phanis eēt moris & stili, Volēs igit papa satisfacere importunis p̄ci
bus inq̄sitoris mādauit q̄ reuerendiss. dñis Card hui⁹ causā indicib⁹
adiūgerēt pl̄imi aff̄ssores. Quare fuit ab utraq̄ parte noīati docto
res p̄stātissimi & clarissimi uiri numero. xxii. quoz̄ septē ex pte Io.
Reuchlin adhibiti sūt, sed duo ex ip̄is abierūt, relictis ceterisq̄ne
p̄ hac pte. Oēs uero reliq̄ p̄ parte Iacobitaz̄ introducti sūt. Ex quib⁹
qdā mḡi theologiae parisiē. repulsus fuit, eo q̄ ab exordio affirma
ret se nihil posse dicere aut facere cōtra m̄em suā facultatē parisi
ensē, quo dicto risū astantib⁹ mouit. Vñ tāq̄ suspect⁹ a cōuentu fuit
exclusus. Ali⁹ etiā quidā mḡi theologiae ordinis p̄dicatoz̄ sua sp̄ote
surrexit & abiit. Permāscit igit adhuc. xviii. deputati hoīes celeberrimi
et lumina mūdi Archiep̄i Ep̄iscopi penitentiarii referēdarii re
gentes in sapia Romana, theologi. Cōmissarii frat̄z̄ minorū Et mḡi
palatii f̄m p̄dicatorū cū Generalib⁹ aliorū ordinū mendicantiū cū
multis tā in theologia, q̄ in iure doctissimis uiris quorū noīa digni
tates & merita cū aliis rebus gestiscito p̄dibūt in lucē. Postq̄ autem
multae sessiōes super ea causa tentae fuissent priā & itē altera in Ca
pella papae. Deinde alia sessio in tēplo pacis quod est monasteriū ca
nonicorū regulariū & alibi alia, tandē decretū fuit ut unusq̄sq̄ ad
certū & statutū terminū sniam suā in scriptis afferret cū cōtinentia
causaz̄ & rōnū euae cū mouerēt ad sic p̄nunciandū. Visis igit a quo
libet scriptis Io. Reuchlin in iudicio ut supra patuit receptis. Visis &
auditis ēt in cōtrariū a ffe Iacobo allegatis tandē afferētes unusq̄sq̄
sniam suā cū rōnib⁹ et allegatiōib⁹ roboratā cōuenerūt in publicā
sessiōne, Anno dñi. M. D. xvi. secūda Iulii p̄ntib⁹ uiris innumerabili
bus. Et tūc prim⁹ oīm Archiep̄s Nazareus sacrae theologiae Doctor
clarissim⁹, iustificauit & approbavit Oculare speculū, & cōdēnauit
sentimentū parisiēsiū & aliaz̄ uniuersitatū aduersus illud cōsulētiū.
Secund⁹ Ep̄us Malfetanus graec⁹ natus pariter cōfirmavit, & dicta
uit etiā F. Iacobū inquisitorē & accusatorē esse puniendum. Deinde
Ep̄iscopus Forliuēsis pari uoto, Et sic de reliquis per ordinem. Qui
oēs & singuli pro Ioanne Reuchlin ac ei⁹ innocētia & intemerato
libro suo tulerunt sententiam absolutoriam. Prater Magistrum pa
latii de ordine p̄dicatoz̄ q̄ nouiter fact⁹ fuit mḡi. Nā p̄decessor su⁹
ille ante eū mḡi palatii prius saepe ac publice astipulat⁹ ē innocētia

Reuchliniana. Et Oculare speculū tūc denuo iusserat Romæ impi
mi tāq̄ nō scandalosū sed magis edificatiuū, Caterum qñ hæc uora
tot & tā illustriū ac præclaroꝝ hominū audierat F. Iacob⁹ p̄dicato
rū inq̄sitor, mox & auxilio fautoꝝ, & præterea more curiæ manda
tū sūmi pontificis impetrauerat de superdendo. Timebāt enī tunc
Iacobitæ om̄es ne reuerendissimi dñi iudices apostolici cōmissarii
tot & tantoꝝ uiroꝝ uota imitantes mox diffinitiuē p̄nunciarēt, ita
discessū est. Et omniū uota in scriptis p̄ducta cū suis rationib⁹ in ma
nibus dñi Iacobi Sketæ notarii causæ hasten⁹ permanferūt. Maior
pars Reuchlinistarū putāt q̄ hoc inq̄sitoris factū fuerit aperte con
tra unū iuramēti calumniæ capitulū. Alii dicūt q̄ fuerit species no
tæ senatuscōsulti Turpiliani. Stante igit̄ sic ultima dñorū Cardina
sententia in suspensio F. Iacobus se obtulit articulos quos ipse ex li
bro speculi Ocularis cæsim mēbratimq̄ extraxerat uelle corā Con
cilio disputare, sed ei respondebat, q̄ tota causa esset iam satis dispu
tata. Ideoq̄ cōclusiōes & corollaria sua, quæ præ forib⁹ Cancellariæ
& alibi Romæ affixerat diripiebant & in lutū atq̄ puluerē concul
cabant. Et in superinhibitū ei fuit a reuerendissimis Iudicib⁹ ne ta
lia de cætero attentaret, Sic tandem inq̄sitor prænominat⁹ a cu
ria Romana ubi iam in quartū annū ad inualidandū p̄cessum Spi
rense uariis modis personaliter laborauerat, uacuis manibus Colo
niā rediit. Et adhuc manet æthernumq̄ manebit sentētia Spirensis
in uigore & honore.

Hagenoæ in ædibus Thomæ Anselmi Anno
M.D. xviii. Mense Februario

Judicent Præsentēs
et Posterī.

114
Landesbibliothek
Karlsruhe

11st Annist Febr. 78, Hr.

